Claudii Hermeri Mulomedicina Chironis

Mulomedicina Chironis, Chiro Centaurus ...

Digitized by Google

PROPERTY OF THE
University of Michigan Libraries
1817
ARTES SCIENTIA VERITAS

Digitized by Google

Digitized by Google

PROPERTY OF THE
University of Michigan Libraries
1817
ARTES SCIENTIA VERITAS

Digitized by Google

Digitized by Google

PROPERTY OF THE
University of Michigan Libraries
1817
ARTES SCIENTIA VERITAS

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Wissenschaftliche Ausgaben
griechischer und lateinischer Schriftsteller

im Verlage von

B. G. Teubner in Leipzig.

Sammlung wissenschaftlicher Commentare zu griechischen und römischen Schriftstellern.

Aetna. Von S. Sudhaus. geh. n. *M* 6.—, in Leinw. geb. n. *M* 7.—

Lucrez Buch III. Von R. Heinze. geh. n. *M* 4.—, in Leinw. geb. n. *M* 5.—

Sophokles El[illegible]tra. Von G. Kaibel. geh. n. *M* 6.—, in Leinw. geb. n. *M* 7.—

Kritische und kommentierte Ausgaben.

Neue Erscheinungen 1895—1900.

Acta Apostolorum: s. Lucas.

Aristophanis Equites rec. A. v. Velsen. Ed. II cur. K. Zacher. n. *M* 3.—

Caesaris, C. Iuli, belli civilis libri III rec. A. Holder. n. *M* 10.—

Didascaliae apostolorum fragmenta Veronensia Latina. Accedunt canonum qui dicuntur apostolorum et Aegyptiorum reliquiae. Ed. Edm. Hauler. Fasc. I: Praefatio, fragmenta, imagines. geh. n. *M* 4.—

Euangelium secc. Matthaeum cum var. lect. ed. Fr. Blass. n. *M* 3.60.

Euripidis fabulae edd. R. Prinz et N. Wecklein.

Vol. I. P. I: Medea. Ed. II. n. *M* 2.40.
„ I. „ II: Alcestis. Ed. II. n. *M* 1.80.
„ I. „ III: Hecuba. n. *M* 1.60.
„ I. „ IV: Electra. n. *M* 2.—
„ I. „ V: Ion. n. *M* 2.80.
„ I. „ VI: Helena. n. *M* 3.—
„ I. „ VII: Cyclops. n. *M* 1.40.
„ II. „ I: Iphig. Taur. n. *M* 2.40.
Vol. II. P. II: Supplic. n. *M* 2.—
„ II. „ III: Bacchae. n. *M* 2.—
„ II. „ IV: Heraclidae. n. *M* 2.—
„ II. „ V: Hercules. n. *M* 2.40.
„ II. „ VI: Iphig. Aul. n. *M* 2.80.
„ III. „ I: Andromacha. n. *M* 2.40.
„ III. „ II: Hippolytus. n. *M* 2.80.
„ III. „ III: Orestes. n. *M* 2.80.
„ III. „ IV: Phoenissae. n. *M* 2.80.
„ III. „ V: Troades. n. *M* 2.80.

Q. Horati Flacci opera recc. O. Keller et A. Holder. Vol. I. Carminum libri IV, Epodon liber, Carmen saeculare. Iterum rec. O. Keller. n. *M* 12.—. Vol. II, Fasc. I. Sermonum libri II. n. *M* 4.—. Vol. II, Fasc. II. Epistulae, De arte poetica. n. *M* 6.—

[Lucas.] Acta Apostolorum s. L. ad Theophilum lib. alter. Sec. formam quae vid. Romanam rec. Fr. Blass. n. *M* 2.—

[——] Evangelium sec. Lucam s. L. ad Theoph. lib. prior. Sec. formam quae vid. Romanam rec. Fr. Blass. n. *M* 4.—

Novatians epistula de cibis Iudaicis, hrsg. von Landgraf und Weyman. n. *M* 1.20.

Pindari carmina prolegg. et comm. instr. ed. W. Christ. n. *M* 14.—
—— —— ed. Schroeder. 5. Auflage. n. *M* 14.—

Platonis Sophista ed. O. Apelt. n. *M* 5.60.

Pollucis Onomasticon recensuit et adnotavit Ericus Bethe. (Lexicographi Graeci vol. IX.) Fasciculus prior. n. *M* 14.—

Statius' Silvae, herausg. u. erkl. v. Fr. Vollmer. n. *M* 16.—

Theophrasts Charaktere, hrsg., übers. u. erkl. v. d. Philol. Gesellsch. zu Leipzig. n. *M* 6.—

Thucydidis Historiae rec. C. Hude. Tom. I. n. *M* 10.—

Vergili Maronis, P., opera iterum rec. O. Ribbeck. 4 voll. gr. 8.

Vol. I. Buc. et Georg. n. *M* 5.—
— II. Aen. I—VI n. *M* 7.20.
Vol. III. Aen. VII—XII. n. *M* 7.20.
— IV. App. Verg. n. *M* 3.—

Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana.

Neue Erscheinungen.

Apulei Apologia et Florida ed. J. van der Vliet. geh. n. ℳ 4.— geb. ℳ 4.50.

Aristeae ad Philocratem epistula ed. Paulus Wendland. geh. n. ℳ 4.— geb. ℳ 4.50.

Augustini, S. Aurelii, Confessionum l. XIII rec. Knöll. geh. ℳ 2.70, geb. ℳ 3.20

Babrii fabulae rec. O. Crusius. Acc. fab. dact. et iamb. rell. Ign. al. tetr. ast. rec. C. F. Müller. Ed mai. geh. n. ℳ 8.40, geb. ℳ 9.— —— —— Ed. min. geh. n. ℳ 4.—, geb. 4.60.

Bacchylidis carmina ed. F. Blass. geh. n. ℳ 2.40, geb. ℳ 2.90.

Demetrii Cydonii de contemnenda morte oratio ed Henricus Deckelmann. 8. geh. ℳ 1.—, geb. ℳ 1.40.

Dionysii Halicarnasei opuscula edd. H. Usener et L. Radermacher. Vol. I. geh. n. ℳ 6.—, geb. ℳ 6.60.

Favonii Eulogii disputatio de somnio Scipionis ed. Alfred Holder. geh. n. ℳ 1.40, geb. ℳ 1.80.

Firmicus Maternus edd. W. Kroll et F. Skutsch. Fasc. I. geh. n. ℳ 4.—, geb. ℳ 4.50.

Fulgentii, Fabii Planciadis, opera rec. R. Helm. geh. n. ℳ 4.—, geb. ℳ 4.50.

Germanici Caesaris Aratea iterum ed. A. Breysig. Accedunt Epigrammata. geh. n. ℳ 2.—, geb. ℳ 2.40.

Herondae mimiambi ed. O. Crusius. Ed. III. Ed. minor. geh. n. ℳ 2.40, geb. ℳ 2.80.

Heronis Alexandrini opera quae supers. omnia. Vol. I. von W. Schmidt. geh. n. ℳ 9.—, geb. 9.80.

—— —— —— Supplementheft: geh. n. ℳ 3.—, geb. ℳ 3.40.

—— —— Vol. II, 1 ed. Nix u. Schmidt. geh. n. ℳ 8.— geb. ℳ 8.60.

Iurisprudentiae antehadrianae quae supersunt ed. Bremer. P. I. geh. n. ℳ 5.—, geb. ℳ 5.60. P. II, 1. geh n. ℳ 8.—, geb. ℳ 8.60. P. II, 2. geh. n. ℳ 8 —, geb. ℳ 8.80.

Lydi, Laurentii, d. mens. lib. ed. R. Wünsch. geh. n. ℳ 5.20, geb. ℳ 5.60.

Lysiae orationes rec. Theodorus Thalheim. Ed. maior. geh. n. ℳ 3.—, geb. à ℳ 3.60. Ed. minor. geh. n. ℳ 1.20, geb. ℳ 1.60.

Musici scriptores Graeci rec., prooem. et in. instr. C. Jan. geh. n. ℳ 9.—, geb. ℳ 9.80. Suppl.: melod. reliq. geh. n. ℳ 1.20, geb. ℳ 1.60.

Mythographi Graeci. Vol. III. Fasc. I Pseudo-Eratosthenis Catasterismi rec. A. Olivieri. geh. n. ℳ 1.20, geb. ℳ 1.60.

Odonis abb. Cluniac. occu. ed. Swoboda. geh. n. ℳ 4.— geb. ℳ 4.60.

Palladii, Rutilii Tauri Aemiliani, opus agriculturae rec. J. C. Schmitt. geh. n. ℳ 5.20, geb. ℳ 5.60.

Philoponi de opificio mundi ll. VII rec. W. Reichardt. geh. n. ℳ 4.—, geb. ℳ 4.60.

Procli Diadochi in Platonis rem publicam commentarii ed. W. Kroll. Vol. I. geh. n. ℳ 5.—, geb. ℳ 5.60. Vol. II. geh. n. ℳ 8.—, geb. ℳ 8.60.

Ptolemaei, Claudii, opera. Vol. I. Syntaxis ed. Heiberg. geh. n. ℳ 8.—, geb. ℳ 8.60.

Senecae, L. Annaei, opera quae supersunt. Vol. I. Fasc. II. De beneficiis libri VII. De clementia libri II. Ed. C. Hosius. geh. n. ℳ 2.40, geb. ℳ 2.80.

—— —— Vol. III. L. A. S. ad Lucilium epistul. moral. quae supers. ed. O. Hense. geh. n. ℳ 5.60, geb. ℳ 6.20.

Statius, P. Pap. Vol. I. Silvae ed. Klotz. geh. n. ℳ 2.— geb. ℳ 2.50.

—— Vol. III. Lactantii Placidi commentarios rec. R. Jahnke. geh. n. ℳ 8.—, geb. ℳ 8.60

Zacharias Rhetor, des, die sogenannte Kirchengeschichte. V. K. Ahrens u. G. Krüger. geh. n. ℳ 10.—, geb. ℳ 10.80.

CLAUDII HERMERI

MULOMEDICINA CHIRONIS

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
University Library
Ann Arbor, Michigan

CAUTION --- Please handle this volume with
care. The paper is very brittle.

Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana.

Neue Erscheinungen.

Apulei Apologia et Florida ed. J. van der Vliet. geh. n. ℳ 4.— geb. ℳ 4.50.

Aristeae ad Philocratem epistula ed. Paulus Wendland. geh. n. ℳ 4.— geb. ℳ 4.50.

Augustini, S. Aurelii, Confessionum l. XIII rec. Knöll. geh. ℳ 2.70, geb. ℳ 3.20

Babrii fabulae rec. O. Crusius. Acc. fab. dact. et iamb. rell. Ign. al. tetr. ast. rec. C. F. Müller. Ed mai. geh. n. ℳ 8.40, geb. ℳ 9.— —— —— Ed. min. geh. n. ℳ 4.—, geb. 4.60.

Bacchylidis carmina ed. F. Blass. geh. n. ℳ 2.40, geb. ℳ 2.90.

Demetri
De

Dionysii
ma

Favonii
geh

Firmicu
n. ℳ

Fulgent
geb.

German
Epi

Heronda
n. ℳ

Heronis
Sch

—— ——

—— ——

Iurisprt
geh.
geb.

Lydi,Lat

Lysiae o
n. ℳ

Musici s
geb.

Mythogr
Cat

Odonis a

Palladii
Sch

Philopor
ℳ 4

Procli
W.
n. ℳ

Ptolema
n. ℳ

Senecae
ficii
ℳ 2

—— ——

St

CLAUDII HERMERI

MULOMEDICINA CHIRONIS

EDIDIT

EUGENIUS ODER.

ADIECTA EST TABULA PHOTOTYPA.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MCMI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

December 8, 1923 E.M.

PATRI OPTIMO

ET

OTTONI MORGENSTERN

AMICO

S.

Cat. 3.1/2 Augsburg

378509

PRAEFATIO.

I. Ad mulomedicinam Chironis nostra aetate primus attendit Guilelmus Meyer nunc Gottingensis tunc Monacensis. legimus enim in actis Academiae Monacensis 1885 p. 395 haec: *Herr Wilh. Meyer ..... gab .. vorläufige Notiz von einem antiken Werke über Thiermedicin, welches er in der hiesigen latein. Handschrift No. 243 gefunden habe. Der grösste Theil dieses umfangreichen und hauptsächlich dem Chiron Centaurus und Apsyrtus zugeschriebenen Werkes sei eine um 400 n. Chr. gefertigte Übersetzung eines griechischen Textes. Diese lateinische Übersetzung habe Vegetius gekannt und der grösste Teil seines Werkes sei nur eine Umarbeitung dieses jetzt an das Licht gebrachten Werkes. Sachlich sei also dasselbe von beträchtlichem Werthe, indem es für uns zugleich in der griechischen wie in der lateinischen Litteratur das älteste Werk über Thiermedicin vorstelle. Sprachlich sei es nicht minder interessant, indem Vegetius vollkommen Recht habe mit der Characteristik 'vili sermone sordescunt.' Herr Meyer gedenke, einst wo möglich mit der Herausgabe dieses Werkes kritische Ausgaben des Vegetius, des Pelagonius und der Konstantinexcerpte zu verbinden und so diesen Theil der antiken Litteratur in das gebührende Licht zu setzen.*

Sed cum Meyer consilio 'destitisse videretur postquam Eduardus Woelfflinius in ephemeride *Archiv für Lateinische Lexikographie* X (1898) p. 413—426 specimen mulomedicinae (p. 412—1215 editionis meae) publici iuris fecit,

seviri doctissimi ad Thesaurum Linguae Latinae condendum ab academiis quinque Germanicis delecti aestate anni 1897 mihi imperaverunt, ut mulomedicinam totam quam celerrime ederem, ex qua fore ut non pauca de sermone Latino rustico disceremus, suo iure sperabant. neque fas esse putavi munus mihi oblatum reicere, quoniam ab anno 1890 Hippiatricorum Graecorum (*H*), unde pendet Chiron ille Latinus, editionem praeparabam et solus anecdota prosapiae eius omnia collegeram.

II. Traditur Mulomedicina, ut vidimus, in codice Monacensi latino 243 saeculo XV p. Chr. n. scripto[1]), de quo conferas velim Catalogum codicum latinorum ab Halmio et Laubmanno Monachi 1868 emissum p. 44. insunt libri medicorum et mulomedicorum aevi medii Bernardi de Gordonio, Constantini Africani, Guillelmi de Saliceto Placentini medicorum; claudit agmen fol. 160 *sq.* Laurentii de Ronzinis 'liber marescalciae sive de cura equorum', quem praecedit Mulomedicina, de qua agimus.[2]) quae incipit fol. 104^{r}, finitur fol. 159. eget inscriptione, nam initio in sinistra columna f. 104^{r}a legitur capitulorum index, in columna dextra f. 104^{r}b autem ita orditur opus

1) Cf. tabulam phototypam et quae infra p. XX sqq. de scriptura dicam. grato profiteor animo me singulari Georgii de Laubmann liberalitati debere, quod codicem Berolini 1897—1898 diutius quam annum cum pulvisculo excutere mihi licuit.

2) Ut aliquid de origine codicis comperirem, per litteras adii Franciscum Boll, virum doctissimum, qui qua est insigni comitate, haec mihi respondit: 'Die Hs. Clm. 243 war im Jahre 1582 bereits in der herzoglich bayrischen Bibliothek; sie steht in dem aus diesem Jahr stammenden handschriftlichen 'Catalogus manuscriptorum latinorum et germanicorum' p. 133 u. 134 verzeichnet (unter der Signatur St(atio) 4 Nr. 43). Wo sie herstammt, darüber liess sich direct nichts ermitteln. Der Einband ist wohl gleichzeitig, jedenfalls nicht viel später als die Niederschrift. Nun ist dabei eine Urkunde verwendet worden, die mehrere Orte aus dem Würzburgischen und einen Caplan des Goetz von Berlichingen erwähnt. Gebunden wurde die Hs. also wahrscheinlich im Würzburgischen Franken: dort wird wohl auch ihr Besitzer einst gewohnt haben. Aber wer das gewesen ist, weiss ich allerdings nicht.'

ipsum a verbis 'si quid enim' (infra p. 4,12), ut primas sententias interceptas esse liqueat.[1])

Divisum est autem opus in decem libros subscriptionibus ornatos, in quibus auctorum nomina quater traduntur.

Legimus enim in fine primi libri (infra § 55):

Chironis Centauri liber primus explicit
Incipit liber 2us (cf. tabulam phototypam)

ad calcem secundi libri (infra § 113):

Chironis centauri veteriniani de permixtis passionibus liber secundus explicit incipit liber tertius

---

1) Mulomedicina etiam in altero quodam codice aetatem tulit, quem possedit Godofredus Thomasius, medicus et polyhistor Norimbergensis (vixit 1660—1746 cf. Will, Nürnbergisches Gelehrtenlexicon IV 33). Thomasius ipse catalogum codicum suorum composuit, qui divulgatus est in libello, quem R. M. Meelführer Noribergae et Lipsiae 1699 edidit, cui est titulus *Accessiones ad . . bibliothecam promissam et latentem* (p. 131—144). ibid. p. 132 codices chartaceos Thomasius commemorat: *Macer de virtutibus herbarum cum paraphrasi rhythmis Germanicis expressa;* deinde *Chironis Centauri, Absyrti et Cl. Hermerotis de arte veterinaria libri X. Oliverii Neapolitani de equis. Vegetius de oculo* (sic) *medicina cum glossario.* parum accurate ergo Fabricius Bibl. Lat. III 178 ed. Ernesti (sicut me docuit Franciscus Boll) annotavit: *Vegetium de mulomedicina nec minus Chironis Centauri Absyrti et Cl. Hemerotis de arte Veterinaria libros X et Oliverii Neapolitani librum de equis ms. servabat Norimbergae Gotfridus Thomasius.* immo duos codices fuisse vides. Ihmio, qui Fabricii locum cognitum haberet, sciscitanti nunc codicem Norimbergae esse negaverunt (cf. editionem Pelagonii p. 14). ex actis 'Neuer Zeitungen von Gelehrten Sachen auf das Jahr 1747, erster Theil (Leipzig) Nr. XVIII p. 162—165 discimus bibliothecam Thomasii anno ante defuncti tum integram quidem sed venalem fuisse. in bibliotheca Norimbergensi neque de catalogis librorum Thomasianorum, qui in actis Lipsiensibus commemorantur, neque de iis hominibus, qui codices illos anno 1747 vel postea emerint, quidquam hodie notum esse mihi responsum est. fortasse alii viri docti in indagandis bibliothecae Thomasianae ruderibus me feliciores erunt. mulomedicinae codicem Thomasianum hodie alicubi latere paene certum videtur.

in exitu libri noni (infra § 960):

Explicit liber nonus Chiron centaurus et
Absyrtus feliciter Incipit liber decimus

denique opere finito (infra § 976):

Claudius Hermeros veterinarius
liber decimus Explicit feliciter

Quae secuntur § 977 *sq.* aliunde illata esse ipse testatur librarius, cum ad 980 adnotet

hic iterum explicat finem operis

et ad 999 *nichil fuit plus in exemplari sed finis voluminis huius fuit carta 3ª antecedenti.*

Subscriptiones auctorum quid sibi velint et quo vinculo inter se coniunctae sint videamus. atque sub nomine iustissimi centaurorum librum de re veterinaria scriptum circumferri testatur Suidas s. v. *Χείρων.*[1]) Columella vero praef. 32 qui 'in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melampodis' laudibus effert, num de pseudepigrapho libro cogitaverit, haud diiudicare licet. Apsyrtus autem, mulomedicus celeberrimus, qui Constantini Magni aetate floruit[2]), tanta auctoritate fuit, ut, qui postea de re veterinaria agebant, eius scrinia prae ceteris compilarent. quo factum est, ut *βιβλίον* eius *ἱππιατρικὸν* in Hippiatricorum collectione Byzantina fere totum ad nos pervenerit. atqui in subscriptione libri noni Chironem et Apsyrtum merito copulatos esse docet Vegetius in praefatione § 1 sq. Artis suae Veterinariae. cuius verba cum summum habeant

1) *Χείρων, Κένταυρος· ὃς πρῶτος εὗρεν ἰατρικὴν διὰ βοτανῶν. Ὑποθήκας δι' ἐπῶν, ἃς ποιεῖται πρὸς Ἀχιλλέα· καὶ Ἱππιατρικόν· διὸ καὶ Κένταυρος ὠνομάσθη.* Cf. infra p. XVI.

2) *Ἄψυρτος, Προυσαεύς, Νικομηδεύς, στρατιώτης, στρατευσάμενος ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐν Σκυθίᾳ παρὰ τὸν Ἴστρον. Ἱππιατρικὸν βιβλίον οὗτος ἔγραψεν, καὶ φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων· καὶ ἕτερα.* ipse initio operis Hipp. 1 *Στρατευσάμενος ἐν τοῖς τάγμασι τοῖς ἐπὶ τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ ἔγνων τὰ συμβαίνοντα τοῖς ἵπποις κτλ.* scimus autem Constantinum annis 332—334 in Sarmatarum terra contra Gothos feliciter pugnavisse, cf. Pelagonius ed. Ihm p. 6.

momentum ad ipsum et Mulomedicinam novam recte aestimandam, integra afferre iuvat:

Mulomedicinae apud Graecos Latinosque auctores non fuit cura postrema. sicut enim animalia post hominem, ita ars veterinaria post medicinam secunda est. in equis enim ac mulis et adiumenta belli et pacis ornamenta consistunt. (2) sed quoniam minus dignitatis videbatur habere professio, quae pecudum promittebat medelam, ideo minus splendidis exercitata minusque eloquentibus collata docetur in libros. licet proxima aetate et Pelagonio non defuerit et Columellae abundaverit dicendi facultas. (3) verum alter eorum cum rusticae praecepta conscriberet, curas animalium levi admonitione perstrinxit, alter omissis signis causisque morborum tam magnae rei fundamenta neglexit. Chiron vero et Apsyrtus diligentius cuncta rimati eloquentiae inopia ac sermonis ipsius vilitate sordescunt. (4) praeterea indigesta et confusa sunt omnia, ut partem aliquam curationis quaerenti necesse sit errare per titulos, cum de eisdem passionibus alia remedia in capite alia inveniantur in fine. (5) additur etiam quod studio lucri quaedam ita sunt compositae potiones, ut pretium enorme contineant et curae taxatio animalis aestimationem prope videatur aequare, ut plerumque aut parci homines aut certe prudentes animalia sua casibus dedant aut damnosam curationem dissimulent. (6) his et talibus rationibus invitatus, cum ab initio aetatis alendorum equorum studio flagrarem, hanc operam non invitus arripui, ut conductis in unum Latinis dumtaxat auctoribus universis, adhibitis etiam mulomedicis et medicis non omissis (nam mulomedicinae doctrina ab arte medicinae non adeo multis discrepat, sed in plerisque consentit) in quantum mediocritas ingenii patitur, plene ac breviter omnia epitomata (trad. epitomae) digererem et signa morborum omnium declararem

Mulomedicina Monacensi nondum detecta in eis, quae Vegetius de Chirone et Apsyrto iudicat, nemo pedem

offendere non potuit.[1]) frustra enim interrogavit, cur scriptores inter se plane dispares, tamquam gemini essent, a Vegetio artissime inter se copularentur. Apsyrto enim, veterinario illustrissimo, qui in magna Hippiatricorum mole primum occupet locum, quid commune esse credamus cum fabuloso illo Centauro, e cuius libro — si fuit — ne syllaba quidem in Hippiatricis permansit[2])? quo modo fieri potuit, ut Vegetius auctorum illorum Graecorum eloquentiae inopiam ac sermonis vilitatem tamquam Latinorum acerrime castigaret ac reprehenderet?

Nunc vero res aperta et dilucida est. etenim in codice Monacensi exstat — quamvis temporum iniuriis foedissime vexata — de qua Vegetius loquitur compilatio, in qua Chironis Apsyrti aliorum mulomedicorum libri epitomati et in unum conflati et in Latinum sermonem rudissimum versi hodie leguntur. quo fit, ut quos Vegetius ex Chironis libro affert locos[3]), in Mulomedicina inveniantur: cf. Vegetii I 17, 16 cum § 199 sq. (812) infra; Veg. VI 14, 1 cum § 902; Veg. VI 27, 6 cum § 534 et 802. desunt quidem compositiones Chironianae, quae apud Vegetium VI 8, 1 et VI 13, 2 occurrunt. unde efficitur Mulomedicinam non integram ad nos pervenisse. quae Vegetius II 10, 5 ex Apsyrto se mutuatum esse dicit, ea in Mulomedicina § 157 reperimus. at frustra in Mulomedicina quaesivi quinque medicamentorum confectiones pusillas, quas Vegetius in sexto libro ex Apsyrto profert.[4]) perierunt ergo in codice Monacensi.

---

1) Cf. annotationem Schneideri ad. ll. in commentario Vegetii p. 24.

2) Vide infra p. XVI ann. 2.

3) Veg. VI 13, 4 compositionem pulveris quadrigarii ex Apsyrto profert: diversam praebet Mulomedicina § 820 et 842 (cf. 827). Veg. VI 14, 5 compositiones caustici, VI 22, 1 anacollematis, VI 27, 1 sq. duorum collyriorum desiderantur in Mulomedicina § 902 sq., 912 sq., 929 sq.

4) Utor editione Vegeti, quam curavit J. G. Schneider, quae adhuc est optima, quamquam vir ille doctissimus operis Vegetiani non recte libros sex pro quattuor codicum et Gesneri constituit.

Neque id mirum videtur, quoniam compositiones medicamentorum prae ceteris partibus operum apud utrumque testem pessime aetatem tulerunt. at Vegetius (paucis iis locis exceptis, in quibus Pelagonius cum Chirone et Apsyrto quater coniungitur[1])), ex quibus scriptoribus hauserit, non prodidit. immo affirmat parum accurate et bucca plena se ex 'diversis' vel 'multis' vel 'omnibus auctoribus enucleata collegisse.'[2]) quid quod Mulomedicina detecta cognoscitur eum, Pelagoniana si detrahas, sua inde fere omnia impudenter deprompsisse? sane retractavit Mulomedicinam ita, ut squalorem sermonis diligenter abstergeret et prae Chirone latino velut alter Cicero esse videatur: materiam vero uberrimam et ordinem rerum a Chirone olim constitutum aut mordicus tenuit aut in peius mutavit.[3]) quae cum ita sint, Vegetium compilatorem vilis-

---

1) Apparet Pelagonius inter Chironem et Apsyrtum Veg. VI 13, 3; 14, 2; 27, 3; cum Chirone solo Veg. I 17, 16.

2) 'Diversi auctores' Veg. II 36, 2; III 27, 1; IV praef. 2; VI 27, 8. 'universi' I praef. 6, cf. supra. 'omnes' I 17, 6. 'multi' III 8, 1 VI 7, 5. 'plurimi' I 17, 4. plerumque relegat Vegetius in 'auctores' (aliquanti—alii).

3) Hoc in universum dici potest singularum partium ordine apud utrumque qui est multifariam perturbatus non respecto. uterque primo amplectitur passiones 'quaecumque plus iumentis periculi inferre consueverunt et difficilioribus obscurioribusque indigent curis' (Veg. II 1), cf. Mulom. lib. III 1—8 (§ 115—255 infra). deinde uterque sequitur 'ordinem a natura datum a vertice usque ad ungulas' (Veg. II 36, 2), cf. infra § 256—519. initio vero operis Chiron, antequam ad morbos interiorum partium corporis venit, chirurgiam tractat ita, ut a detractione sanguinis et ustione incipiat, cf. infra § 2—55. at Vegetius agit primo loco de malleo morbo I 1—20, deinde de minutione sanguinis et cauterio I 21—28. redit initio libri II, quem fingit Schneider, ad morbos graviores intestini corporis, ad quos malleus pertinet. deinde lib. III aegritudines capitis tractaturus III 13 ad chirurgiam venit, de qua usque ad finem libri III agit. tum libro IV de morbis boum cum dixerit 'cedens familiarium honestissimae voluntati', librum V ad lib. III annectit et in ceteris fere cum Chirone consentit. ordinem rerum a Vegetio perturbatum esse vides. quid quod exordium totius operis in Mulomedicina suo loco servatum (infra § 2)

simum iure appellare licet. neque dubium, quin Vegetius, quam non sui iuris esset, celare studuerit, cum Chironem loco allato gravissime increparet, quod omnia apud istum indigesta et confusa essent. pretium autem enorme multarum potionum Chironianarum ideo reprehendit, ne coactus sit Mulomedicinam usque ad umbilicum revolvere, quandoquidem ipse talibus medicamentis non parcit.[1])

Quam non ignoraverit Vegetius libros mulomedicorum, quorum omnibus temporibus ingens fuit numerus[2]), vel inde cognoscitur, quod in prooemio allato Chironi et Apsyrto Pelagonium et Columellam solos comites adiungit[3])

---

apud Vegetium in medio libro primo (I 21) apparet? Vegetio 'mulomedicinae commentarios ordinante' (IV 1) non solum 'amicorum querelam accepti operis continuationem suspendisse' iure contendemus. quod Chironi confusionem vitio vertit, hoc in ipsum recidit.

1) Veg. VI 7, 4 'nunc decursis omnibus, quae huius artis doctrina poscebat, ad compositiones necessariarum potionum medicamentorumque descendemus, ex quibus explorata congessimus et ea quae non tam ad utilitatem curandi quam ob caritatem emendi mulomedicorum cupiditas inflaverat, submovimus. . . . . confectiones, ut dictum est, medicaminum proferemus electas ex auctoribus multis et et experimentis manifestissimis approbatas.' quae secuntur medicamentorum compositiones partim iam in praecedentibus libris prolatae sunt, partim tanto pretio stant, ut iure Vegetio ipsi probro vertas, quae 'auctoribus multis', id est Chironi (I praef. 4) crimini dedit. anhelantem audis scriptorem ad metam aegre pervenientem VI 27, 8 'licet parva et prope nulla de his, quae diversi auctores retulerunt, praeteriisse doceam, tamen quaecunque videbuntur probata conscripsimus. verum ne longior liber confusionem magis legentibus quam instructionem videretur afferre, modum plenum credimus faciendum', quibus opus ex improviso finitur a Vegetio.

2) Cf. Aristot. h. a. VIII 24; Varro rr. II 7, 16. in Hippiatricis, quae vocantur, librorum quinquaginta fere mulomedicorum servatae sunt reliquiae.

3) Columella, quippe qui rr. VI 30—35 brevissime et parum diligenter de morbis equorum egerit, in numero veterinariorum minime referendus erat. nec Vegetius curis boum exceptis (IV 1—25) quidquam ex eo mutuatus est. dein-

et ipsum Pelagonium iniuria vituperat, sicut ex libro Pelagonii servato apparet.[1])

III. Mulomedicinam fere anno 400 p. Chr. compositam esse persuasum habeo. nam Apsyrtus librum de re veterinaria graecum divulgavit post annum 334[2]), Vegetius autem floruit intra annos 383—450[3]), Pelagonius vero, qui scripsit post annum 350[4]), Mulomedicinam nondum novit.[5]) quam aut saeculo quarto exeunte aut ineunte quinto compositam esse censebimus.

Cuius qui fuerit status genuinus, ex §§ 115—163 et 266—306 perspicitur, ubi particulis multis lemmata auctorum, ex quibus haustae sint, praescribuntur. occurrunt autem praeter Chironem et Apsyrtum Sotio, Poly-

---

de iure mireris, quod a Vegetio cum Pelagonio multo iuniore copulatur, tamquam et ipse 'proxima aetate' floruerit.

1) Ihmius in editione Pelagonii p. 19 sq. 'ea quae Vegetius praef. § 3 vituperat Pelagonium omissis signis causisque morborum tam magnae rei fundamenta neglexisse iure miraberis, ita ut aut iniuste eum iudicare aut mutilo exemplari usum esse statuendum sit.' hoc minus probabile quam illud videtur, cum Vegetius 'proxima aetate' post Pelagonium scripserit neque eum in Mulomedicina epitomatum invenerit, in Chironem autem et ipsum vehementius iusto invehitur, ne cognosci possit, quantum ex illo mutuatus sit. Ihmius in calce editionis p. 240 sq. congessit locos, quos a Vegetio ex Pelagonio exscriptos esse putavit. nunc Mulomedicina Monacensi divulgata examinandum erit, ubi uterque ex eodem fonte hauserit.

2) Cf. supra p. VIII.

3) Auctorem Epitomae rei militaris etiam Artem Veterinariam composuisse hodie inter omnes constat. tempus vero, quo Epitoma edita sit, viri docti frustra adhuc accuratius definire conati sunt.

4) Cf. Pelagonius ed. Ihm p. 16.

5) Nam Pelagonius nonnulla Apsyrti capita aliter vertit atque in Mulomedicina leguntur, cf. e. g. infra § 451 sq. eas vero Mulomedicinae particulas, quas etiam apud Pelagonium legimus, aut ex eodem fonte haustas aut interpolatas esse puto. accedit, quod Vegetius et ipse Pelagonium a Chirone et Apsyrto tamquam proprium et peculiarem scriptorem distinxit.

cletus, Farnax scriptores.[1]) cum Apsyrti nomen recte ascriptum esse ex Vegetio semel, ex Hippiatricis bis probetur[2]), etiam cetera nomina fide nostra digna sunt, praesertim cum Sotio scriptor in Geoponicis quoque occurrat. vix a vero aberrabimus, si tres illos viros aequales Apsyrti fuisse statuemus. qua re Sotionem nemo iam cum scriptoribus cognominibus et multo antiquioribus et clarioribus confundet.[3])

At quid faciemus Centauro fabuloso? licetne in officinam impostoris introspicere? an opus quoddam anonymon, seu novicium seu cascum, ut commendarent discipulis, senis biformis nomine ornaverunt quarto p. Chr. saeculo mulomedici Graeci vel Latini? neutrum verum esse mihi persuadetur. sane Suidas, ut supra commemoravi, *Ἱππιατρικὸν βιβλίον* Chironi Centauro tribuit et homines barbari etiam 'de herbis' libros a Centauro

1) Chiron apparet quinquies: § 146, 148(= 152), 164, 344; in margine autem eius nomen additur quinquies: 239, 243, 244, 245, 256. Apsyrtus quater: 157, 161, 266, 303. Sotio octies: 132, 134, 137, 138, 270, 284, 290, 292; semel in margine 269. Polycletus octies: 125, 126, 127, 129, 131, 274, 288, 306. Pharnax vel ut in codice legitur Farnax, id est *Φαρνάκης* (an scribendum est *Φάρμαξ*, a *φάρμακον* derivatum?) sexies: 122, 124, 160, 268, 273, 275.

2) Cf. § 161 et Hipp. p. 39, 19; § 303 et Hipp. p. 98; § 157 et Veg. II 10, 5.

3) Zeller, Phil. d. Griech. II, 2[3] p. 931 ann. 3 'Was für ein Sotion der in den Geoponica häufig citierte ist, lässt sich nicht sagen; der Vf. der *διαδοχή* keinenfalls.' Gemoll, Untersuchungen über die . . Geoponica, p. 199 'so ist dieser Name eine Fälschung des Sammlers.' parvi sane refert Sotionem in ascriptionibus Geoponicorum duodetriginta auctorem appellari; at in ipso textu quinquies laudatur: Geop. XII 29, 1 de porris agit; V 9, 9 suadet, ut vitem cedria illinamus; V 10, 4 (= I 13, 2) de illunibus diebus; V 10, 3 quando vites plantandae sint; VII 6, 5 quando vinum transfundendum sit. rei rusticae scriptorem de mulomedicina egisse consentaneum est. quare fortasse non plane abicienda sunt lemmata Geop. VII 7 et 12, quibus Sotioni capita duo 'de boum cura', quae equorum curae simillima fuit, attribuuntur; cf. infra p. 80, 22 'Sotionis aliter de capitis dolore, si fuerit. et hoc circa boves fieri solet.'

'magistro Apulei' exaratos esse fingebant[1]), sed et Vegetius Chironem veterinarium tamquam verum scriptorem aut suae aut non ita remotae aetatis laudat[2]), et Mulomedicinae indoles vel obiter examinanti apparet nobis non cum falsario quodam rem esse sed cum mulomedico disciplinae peritissimo. neque per se admodum probabile videtur librum nescio quem subditivum cum libris Apsyrti aliorum arte copulatum et in Latinam linguam conversum esse. immo etiam in lemmatibus § 146 et 148 Chiron ita apparet, ut in eodem capite alii, quos supra annotavi, auctores de eodem morbo loquentes inducantur. est autem illa Mulomedicinae pars, quam melius ceteris aetatem tulisse iam dixi.[3]) Chironem autem ubique Centaurum cognominatum esse nemo mirabitur, qui incredibilem inscitiam eius hominis vel eorum homuncionum consideraverit, qui medio aevo Mulomedicinam, quae iam tum foedissimis sordibus obruta erat, fere totam impudentissime interpolaverunt et retractaverunt. qui cum ignorarent

---

1) Cf. Rose, Anecdota Graeca et Graecolatina II 122.

2) Sane legimus apud Vegetium ed. Schneider I 17, 16 (cf. infra § 199) 'Chiron vero Centaurus praeter alias compositiones' eqs. sed Ernestus Lommatzsch me docuit in codicibus Vegeti melioribus 'Centaurus' non addi. medio aevo ergo interpolatum est.

3) In qua parte Chironem minus quam ceteros scriptores expilatum esse memoria dignum iudico. imprimis hoc cognoscitur II 1 (§ 115—146), ubi Sotioni dimidia fere pars capitis debetur (96 lineae); Apsyrto fere quinta (54 lineae; nam § 115—120 et § 123 nomen eius supplendum); Polycleto circiter sexta (40 lineae); Chironi vero pars duodevicesima (14 lineae); quo unus inferior est Farnax, qui partem vicesimam quintam (10 lineas) suppeditat: cf. etiam § 266—306, ubi Sotion, Polycletus, Farnax in prima acie consistunt. unde si quid concludere licet de fontibus ceterarum partium Mulomedicinae genuinae, praeter Chironem et Apsyrtum tres illi scriptores multo magis adhibiti erant, quam hodie intellegere possumus, quandoquidem alibi nunc unius plerumque scriptoris anonymi sententiam audimus prolatam, non quinque scriptorum praecepta partim valde inter se repugnantia partim eadem, omnia vero uno filo serta.

Chironem mulomedicum nisi Centaurum, non modo cognomen addiderunt, sed totam Mulomedicinam ab eo scriptam opinati nomen eius iniuria intruserunt, ubi alium auctorem exscriptum esse nobis licet ostendere. apud Suidam autem culpa epitomatoris Hesychiani, qui nono p. Chr. saeculo fuit, Chiron Centaurus et Chiron mulomedicus in unum conflati sunt.[1])

In titulo vero Mulomedicinae praeter Chironem Apsyrtum unum a compilatore Latino nominatum esse ex Vegetio et ex subscriptione libri noni, ut supra commemoravi, comperimus, quamquam Sotionis Farnacis Polycleti excerpta iisdem saeptis contenta esse Vegetius docet, quippe qui excerpta illa cum excerptis Chironis et Apsyrti mixta legerit in Mulomedicina eodem loco, quo hodie ea legimus. nec mirum ceterorum scriptorum nomina in fronte Mulomedicinae deesse, quandoquidem Chiron et Apsyrtus, veterinarii facile clarissimi, iure principem locum obtinebant[2]), nec quinque auctores in

---

1) Id quod didici a Georgio Wentzel, viro doctissimo, sicut grato profiteor animo. epitomatoris ergo sunt etiam extrema verba *διὸ καὶ Κένταυρος ὠνομάσθη*, cf. supra p. VIII ann. 1. nescio igitur, an etiam Astrampsychus ille, qui librum de asinorum curatione scripsit, distinguendus sit a mago cognomine, quem de somniorum interpretatione egisse dicebant. Suidas quidem s. v. *Ἀ. ὃς βιβλίον ἰατρικὸν εἰς ὄνων θεραπείαν πεποίηκε· καὶ Ὀνειροκριτικόν.*

2) Inquirendum erit, num vinculo quodam Chiron et Apsyrtus inter se coniuncti sint et uter antiquior esse videatur. memoria dignum est, quod mallei morbi, quo nullus equis perniciosior est, quem nostrates ‘Rotzkrankheit’ vocant, Apsyrtus § 344 (Chironis lemma ibi falsum est) quattuor genera distinguit, Chiron vero § 168 septem. quae in Mulomedicina § 566 de cervice eiecta sananda praecipiuntur (‘fascia tenuem ... imponito, supra eo alligato’ eqs.) Apsyrtus perversa esse ait Hipp. 81, 1 (*ἐν οἷς τινες ἐπιδέσμοις χρώμενοι . . . οὐδὲν ἀγαθὸν ποιοῦσιν*), cf. Schneideri ad Veget. III 41 annotationem. nec minus inter se repugnant Mulomedicinae § 460 de stranguria sananda (p. 152, 10 ‘demittito brachium in anum .... et reversato . . vesicam’) et Apsyrti Hipp. 111, 18 (*οὐκ ἀληθεύουσι δέ τινες . . λέγοντες διορθῶσαι δεῖν τὴν κύστιν καὶ καθιᾶσι τὴν*

inscriptione una procedere poterant. quid quod nescimus, an praeter eos aliis mulomedicis Graecis occurramus in Mulomedicina?[1])

Quae a quo composita sit interrogantibus offert sese § 976 in subscriptione libri decimi, qui est ultimus, 'Claudius Hermeros veterinarius.'[2]) est quidem ceteroquin ignotus, sed et nomen homine anno 400 p. Chr. vivente haud indignum est[3]), et legitur eo loco, quo Mulomedicinae latinae auctorem appellari consentaneum est. qui num

---

χεῖρα διὰ τῆς ἕδρας κτλ.), quae exscripsit Pelagonius § 146, vide Schneideri ad Veg. V 14, 6 et II 23. Apsyrtus ergo cum Chironis sententias ll. aperte impugnet, post eum floruisse iudicandus est. Hipp. 7, 21 particula quaedam septem lineas complexa inscripta est *Εὐμήλου ἤτοι Χείρωνος*, quam ita interpretari licet, ut Eumelus particulam ex Chirone petiverit. id quod si verum est, cum Eumelus saepius ab Apsyrto laudetur, Chiron Apsyrto aliquanto antiquior fuit. at frustra particulam illam in Mulomedicina quaesivi. praetera in codice Milleri p. 72 *νξ'* caput inscriptum est *Ἀλεξίππου πρὸς πᾶσαν βῆχα Χειρώνειον*. ibidem p. 100 *χηα'* Hierocles in epigrammate de medicamento quodam contra serpentis morsum ait *ὦ Χείρων τοῦτό σε πῶς ἔλαθεν*; ex utroque loco nihil de Chirone Mulomedicinae colligam.

1) Cf. infra ad § 416 (Agathotychus); 498 (Eumelus); 584 (Hieronymus Libycus); 762 (Eumelus). sane auctorum eorum capita, quae in Hippiatricis servata sunt, non ita cum Mulomedicina consentiunt, ut ipsa versa esse constet. ceterum ubicunque Mulomedicina et Hippiatrica congruunt, unus Apsyrtus subest, id quod semel moneo.

2) Perperam editores catalogi Monacensis 'Hemerii' et Thomasius 'Cl. Hermerotis' dixerunt, cf. supra p. VII ann. 1. videlicet Claudius Hermeros (i. e. *Ἕρμερος* vel *Ἑρμέρως*), libertus quidam Graecus, in gentem Claudiam receptus est.

3) Ihmius ab editoribus catalogi Monacensis deceptus (cf. ann. 1) putavit (in editione Pelagonii p. 17, 4) auctorem Mulomedicinae non diversum esse a mulomedico, cui nomen Emeritus fuit, quem Pelagonius nonies affert, cum in Hippiatricis Graecis idem bis *Ἡμέριος* appelletur. at non dubium, quin etiam hic (Hipp. p. 31, 16 coll. Pelag. 72; Hipp. p. 140, 1), *Ἐμέριτος* legendum sit. neque ex particulis Emeriti a Pelagonio servatis comprobari licet eundem scriptorum in codice Monacensi significari. etenim nulla refert, quod medicamentum quoddam Emeriti (Pelag. 495) infra § 907 fere refert, cum in

re vera fuerit — quanquam id verisimillimum esse iudico — tamen propterea non utique certum esse iudico, quod in extrema parte Mulomedicinae omnia mista ac confusa sunt et opus antea in medio libro nono § 945 olim finitum esse perspicuum est.[1]) at pannorum, qui assuuntur 946 sqq., sartorem nominari quis credet? accuratius autem inquirendum erit, ubi in ipsa Mulomedicina Hermero, quem puto, occurramus, qui a retractatore isto stupido, cui librorum et capitum digestionem hodiernam debemus, distinguendus est.[2])

IV. Si qui forte erunt, qui manus vilissimo corpori admovere non horreant, interrogabunt, quid inde novi

---

ceteris inter se discrepent. praeterea Emeritus antiquior fuit Pelagonio, Hermeros iunior, cf. infra ad § 450.

1) § 946 sqq. secuntur particulae nonnullae ‘de bubus, ovibus et suibus’, quibus praefixum est *τηλαυγὲς πρόσωπον* exordium Columellae de bubus solis dicturi (lib. VI). § 959 rem ad umbilicum perductam esse indicatur verbis ‘iam de omnibus quadrupedis medicinam demonstrasse sufficit.’ sed praeter exspectationem 960 pergitur ‘incipiam de colliria (*leg.* coloribus) iumentorum et qualitates colliriorum.’ et iure mireris undecim lineis post libro nono finem imponi. liber decimus, qui anectitur, ex paucis atque variis frustulis constat, quem 976 perfectum esse nesciremus, nisi subscriptionem Hermeri ibi legeremus. 977—980 exaratis librarius annotat ‘hic iterum explicat finem operis.’ 981 praefatio nova valde corrupta apparet, cui 982—998 haud bene respondent. denique in ultimo fine 998 librarius, postquam archetypum fideliter cum pulvisculo descripit, ut ultima capita satis manca et confusa excusaret, subscripsit ‘nichil fuit plus in exemplari sed finis voluminis huius fuit in carta 3ª antecedenti.’ quibus verbis nos ad § 976 relegari puto.

2) Libros in opere genuino aliter constitutos fuisse compluribus evincitur argumentis. ac primum quidem offendit, quod libri inter se nimis quam discrepant, ambitum eorum si examinemus, sicut ex tabula insequenti cognoscitur, in qua paginas Teubnerianas, quas libri singuli continent, in conspectu posui: I 16 pag., II 15 pp., III 50 pp., IV 30 pp., V 28 pp., VI 13 pp., VII 43 pp., VIII 9 pp., IX 36 pp., X 4 pp. argumenta autem si respicimus, non divelli poterant lib. I a lib. II (§ 55), aut lib. III a lib. IV (§ 296). deinde libros VI et VII (§ 522—740), qui ad chirurgiam spectent, iure cum I et II

discamus de sermone Latino rustico, quo usi sint muliones circa annum 400 p. Chr. n.? quos lectores benevolos rogo, ut indices editionis meae adiunctos adeant locupletissimos, in quibus omnia, quae alicuius momenti esse videbantur, sub conspectu posui. indicibus autem ut recte utantur velim perpendant, quanta fides codicis Monacensis librario in universum habenda sit, cuius artem celerrime ex tabula phototypa calci editionis adiecta cognoscimus. expressus autem est in tabula finis libri primi Mulomedicinae cum subscriptione et cum quatuor lineis indicis libri secundi, id est infra p. 18, 28—21, 1. numeros capitum Vegetianorum, quae respondent particulis singulis Mulomedicinae, in sinistro margine duarum columnarum, ut

---

coniungas. libro V enim peracto (§ 519) res ita ad finem ducta est, ut exspectemus statim 'dinamidia', quae vocantur (p. 20, 17), secutura esse appendicis loco. tamen cave putes lib. VI sqq. a retractatore aliunde assutos esse operi genuino, cui non pauca capita eorum librorum vindicantur testimoniis Vegetii atque Hippiatricorum. atque farraginem plurimorum medicamentorum, qualem congestam legimus in lib. IX § 785—976, 'in fine' operis Chironiani fuisse Vegetius diserte confirmat. mancam et perturbatam esse Mulomedicinam etiam inde cognoscitur, quod frustra plerumque eos locos indagamus, ad quos a scriptore delegamur. plane repugnat cum librorum ordine hodie constituto, quod VII 80 § 701 (p. 220, 19) legimus 'ceteras passiones et curas totius corporis in quinto libro demonstravi (demonstrabis *trad*).' capita genuini operis quanta fuerint, perspicimus ex III 1 § 115—228. etiam alibi ex compluribus frustulis unum caput genuinum consuere licet, velut I 2—9 § 16—26 (cf. p. 8, 29.) III 12—16 § 266—274; III 19—23 § 284—296. eidem homuncioni, qui libros constituit et capita saepe plane inepte dissecuit (cf. e. g. p. 15, 4; p. 235 sqq.), indices capitum primis octo libris praefixi debentur. quos qua stultitia composuerit, ut cognoscas, conferas velim e. g. inscriptionem 'de diligentia equorum' p. 231, 2 cum p. 232, 9. eundem operis retractatorem in prooemiis libri sexti p. 171, 11 et libri octavi p. 232, 9 loquentem deprehendimus. at initio Mulomedicinae p. 4, 12 auctor genuinus prodit. interdum etiam Apsyrtus primam indutus est personam, ut ex Hippiatricis intellegimus, cf. p. 107, 4; 132, 8; p. 148, 1. sed haec quaestio altioris indaginis est.

solet, plumbo ascripsit Guilelmus Meyer, Mulomedicinae editorem haud mediocriter sublevans. scriptura codicis satis aequalis est, sed lectu difficilior non solum propter syllabarum compendia permulta, sed quod nonnullas litterulas velut *st* et *sc*, *m* et *in* vel *ni* aegre discernas.

Rudissima autem est orthographia librarii et saeculo XV prorsus digna. confundit persaepe litteras vocales inter se, imprimis *a* et *e*, *e* et *i*, *i* vel *o* et *u*. *u* et *v* et *w* promiscue exarat. haud distinguit plerumque *ae* et *œ* et *e*. pro *i* crebro *y* apparet. *h* modo addit, modo omittit. permiscet *b* et *v*, *c* et *g*, *d* et *t*, *r* et *l*, has litteras perperam pronuntians. quo etiam fit, ut consonantes vel potius liquidas, quas vocamus, frequenter falso geminet aut pro geminatis unicam litteram ponat et ante *ia, ie, io, iu* pro *t* constanter *c* scribat. passim vero similibus apicibus litterarum deceptus permutat: *c* et *t*, *c* et *e*, *c* et *r*, *t* et *r*, *cl* et *d*, *m* et *in* vel *ni*, *n* et *u*, ut graviora hic referam. at prae ceteris *t* detrimentum fecit, pro qua aliae litterae fere omnes leguntur. quare archetypum codicis non antiquiorem saeculo XIII fuisse puto, a quo tempore *t* litterula minus clare exarata sit. *m* et *n*, quae linea transversa supra scripturam significantur, haud raro omittuntur, interdum stolide inculcantur. de aliis compendiis, quae apparent in codice, cum sint volgaria, non est, quod dicam, nisi quod p = *per* (*por, par*), $\bar{p}$ = *prae* (*pre*), $\underline{p}$ = *pro* aut *pondo* significant. *aut* (*ȧ*) et *autem* (*aut* vel *at*), *simul* (sıl') et *similiter* (sı̄t) ubique permista videmus.

Praepositiones cum vocibus, ad quas pertinent, coniungi, in verbis compositis vero a simplici verbo separari solent. neque raro librarius voces male dissecuit et syllabas vel litterulas divulsas vocibus antecedentibus aut insequentibus agglutinavit et horrenda verborum monstra finxit. saepissime autem litteras vel syllabas vel voces totas transiluit aut inepte *διττῶς* scripsit aut transposuit nec pauca stolide interpolavit. porro syllabas finales et in declinatione et in coniugatione usque quaque conturbat,

ut saepe nesciamus, qua ratione verba inter se iungamus, praesertim cum scriba sententias non distinxerit. neque parvas molestias perpetua casuum et generum commixtio legentibus adfert. magna vero pars Mulomedicinae ita corrupta aetatem tulit, ut, ceteri testes (Vegetius, Hippiatrica, Pelagonius, Columella) plerumque sane nobis auxiliantes ubi deficiant, Oedipo opus sit, qui biformis senis, dis si placet, aenigmata solvat. immo saepissime puerum balbutientem audire nobis videmur: verba compagine quavis sententiae soluta, membra disiecta et iteratione conglomerata, fetus scribarum barbarorum medii aevi putidissimos — quis cloacam pestilentem detergebit?

At illuviem immensam qui sollerter et pro virili parte egerere studebit, ei periculum imminet, ne quae sermonis Latini rustici propria sint, in purgandi ardore tamquam commenta librariorum medii aevi interdum iniuria semoveat et tollat. etenim examinantibus nobis eas Mulomedicinae partes, quae satis bene in universum aetatem tulerint, dubium esse non postet, quin opus genuinum ab homuncione rudissimo et prorsus agresti conditum sit, quem eloquentiae inopia ac sermonis ipsius vilitate sordescere Vegetius suo iure dixit. quis autem hodie praefracte definiat, quid mulioni semiraso 400 p. Chr. florenti condonare debeamus? nebulonis vero illius inscitiam puerilem vel inde cognoscas, quod quae dixit Apsyrtus *καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τῶν Γεωργικῶν Μάγωνος τοῦ Καρχηδονίου εὕρηται* vertit per 'et hoc quod a rusticis magis inventum est, non praetermittamus, quod appellant ostium charcedonium', cf. infra p. 146 21.

Quae cum ita essent, mihi persuasi unice verum esse verborum contextum quamvis sordidissima barbarie infuscatum in universum intactum relinquere, nisi ubi putabam me verba depravata et sensu carentia in pristinum statum restituere posse. at cum non ignorarem fore ut vel doctissimus quisque insanum quantum barbarismis cuiusvis generis futtilibus torqueretur, eorum quoque non paucos abieci. quorum mole ne adnotationes obruerem,

plerosque tacite sustuli, de quibus nunc agam, quandoquidem — ut scriptores rei rusticae aiunt — stercorum congestio locum suum tenere debet.

Atque saepe occurrunt monstra ex verbis dilaceratis et male conglutinatis orta, quae omnia induxi. nescio vero an haec memoria digna sint:

ilinigomen fragmastro fuscoli *pro* ilingon enfragma strofus coli 62 15
rene sana colema *pro* renes anacollema 155 26
arridas in tessis *pro* arida sintessis (*i. e.* σύντηξις) 47 10
quo demorigia *pro* quod emorigia (*i. e.* αἱμορραγία) 44 27
protocommios emisse *pro* protocomio semisse 83 22
qui dum oris *pro* quid umoris 184 13
caldaver venarum *pro* calda vervenarum 161 26
iocine reumor *pro* iocinere umor 48 23
infundit operos *pro* infundito per os 159 1
sed et *pro* sedet *et invicem saepius*
mensuri saticis *pro* mensuris Atticis 109 20
ruptione momenti *pro* ruptionem omenti 65 14
eviriet uret *pro* evirietur et 74 19
superari dum *pro* super aridum 225 16
fortiores se *pro* fortior esse 111 2
quae res *pro* quaeres 190 2
quia ut *pro* qui aut 225 12
quia quam *pro* qui aquam 69 10
irinillirica *saepe pro* irin Illirica.

Praepositiones meo arbitratu cum insequentibus vocibus coniunxi, velut scripsi:

supervenam *pro* super venam 215 2
supragambam *pro* supra gambam 17 21
subilia *pro* sub ilia 152 15.

Sescenties autem praepositiones a substantivis, quae inde pendent, segregavi.

Orthographiae barbarae rationem non stare posse vel inde elucet, quod librarius praeter soloecas verborum

formas passim utitur probis et rectis formis, quas ab illis iniuria depulsas esse censebimus.

Vix est quod dicam permultis locis *e* pro *ae* exarari, saepissime in syllabis finalibus vocum primae declinationis, deinde in *sepe* et *hec*.

Neque raro *y* pro *i* scripsit:

A in verbis graecis:

annacolyma 26 21 28 2 Chyronium 219 4 chyrurgiam 21 21 chyrurgia 21 22 coelyaco 130 2 133 26 coelyacum *ib.* dyastima *passim* epylampadium 213 27 epyploce 13 3 yctero 89 28 ydiotae 62 12 lychene 57 16 perytoneum 123 20 synapem 264 13 tysane *passim.*

B in verbis latinis:

cybum 169 10 cybo 181 25 cybaria 172 17 cycatrix 23 22 34 15 cycatricis 174 20 cyrros 193 13 hy (= hi) *passim* hyems 128 29 yems 81 6 192 19 yemis 219 10 yeme 80 30 195 14 hyberno 182, 23 208 27 213 15 230 27 yemalis 289 25 hylarem 55 25 yrcino 203 4 yrcinum 203 7 210 25 hyrundinis 248 11 yrundinum 98 1 yrundininis 98 2 ydeo 148 24 ydoneus 232 24 ylia *passim* ylicis 133 23 yris 297 20 ytalos 283 14 ytalici 272 32, 34 273 7 ytalice 272 34 ytalicum 272 8 273 10 274 20 scyllam 163 12 239 7 sydore 101 12 tybia 18 7 tyliagineis 192 7.

Vides in *hiems*, *hiemalis*, *hircinus* *h* iniuria omissam esse, quibus accedit *edinum* p. 61 9 pro *haedinum.*

Frequenter male adspiravit:

habundare *passim* habundatione 90 12

herbum *pro* ervum *ubique*

honera 47 5 207 4 honerum 118 27 honerant 205 22 honeratio 9 18 honeratione 48 14

adhures 16 24 135 20 adhuratur 263 3 adhustionem 19 21

cohyre 31 30 quohire 32 2 (cf. p. XXV) trahicere

passim adhypem 32 30 michi *passim* nichil *passim* Chimolea *vel* Chymolea *passim* chyprisinam 268 32 lichynio lintheolus *passim* thaurus *et* thaurinus *passim* arthemisiae 271 6 cathaplasmam 179 26 cathinum 285 2.

Secuntur consonantes perperam geminatae:

arrida 47 10 addicies 252 19 adferret (*pro* afferet) 106 24 Affram 266 16 ammulii 73 13 attramentum 277 17 280 28 bettae 150 16 climmate 67 19 colliculos 75 1 commedet *passim* commedere 90 7 discuttit 68 27 excuttit 132 5 percuttit 87 24 intollerabilem 67 30 pilligerare 182 11 protocommio 83 22 sallacem 237 20 tummum 124 8

Consonantes non geminatae:

efugandum 52 16 agravatione 69 27 alevabit 78 5 aligatura *vel* a ligatura *passim* anacolima *passim* anacolema 155 26 colidendo 67 6 destilaverit 176 19 facilime 72 10 108 9 malonibus 21 20 ovilum 255 4 palidi 132 1, 3 suili 276 10 amoniacum *passim* comeatur 228 16 consumabis 187 18; 276 2 strema (στρέμμα) *saepius* instremare 11 24 Britanica 271 7 Cl canales 286 23 cinamum *passim* silocinami 257 17 apendices 241 27 caparis 136 2 feramentum 182 6 corumpo *saepe* veruculam 27 30 brasicae 110 1 Aticus *passim* praemitet 189 20

Parum sibi constans fuit librarius in *co* — syllaba exaranda, pro qua interdum quo — scripsit. confudit *c* et *qu:*

cocis 115 27 coces 258 18 265 14 271 8 decoces 259 28 concocet 117 12 coce 239 10 cocito 18 22 98 2, 9 124 11 265 26 266 5, 8 273 30 decocito 22 17 252 31 *qu* pro *c:* quoques 246 2 dequoques 45 15 quoque 162 11 quo cito 79 5, 27

coactio: quoaccio 46 28 quoactionis 67 25 quo actione 66 18 quo actionibus 48 30 *qua* pro *coa:* quactionis 47 17 quactionem 48 10 quaactione 124 20

quagulatus 64 11, 16 quagulato 64 23 quagulatio 64 3.

coda (*i. e. cauda*): quo da 11 25 quoda 152 24 quodam 152 25.

coeo: quohyre 31 30 quohire 32 2, (*cf.* p. XXIII) quoeuntur 278 24.

arcuare: arquaverit 36 15.

p male inculcavit more conclamato:

autumpnus *crebro* contempnere 174 25 229 29 sompnum *passim* (sopnum 85 2 et 68 4) corumptus *et* corumptio *saepissime.*

106r b ustione constringitur vel quorundam conligatio solvitur. |
28 non modica quaestio est intelligendi, qua ratione haec adiutoria, cum sint separata, utrimque facere possint. dicere sic incipiam. sanguinis detractio solummodo propter stricturam causarum laxandam fieri praecipitur. nunc etiam parabo et monstro. *cretiatici*, vulsici, morbidi, nefritici quando laxant valitudine, pati videntur in crura eorum. sanguinis emissio primum locum habet. haec ergo quaestio similis et in ustionem invenitur, cuius

---

1 agita ‖ 2 percusserit acontidiavit ‖ 3 committere ‖ 4 iguña | femore ‖ 7 *Veg. I 27, 4* | latte in campis ‖ 11 celle: *corr. B*, caute *vel* caudae *Veg.* ‖ 16 usione | valutudinum ‖ 19 ad intoria: *corr. B* | pn̂cı̂: principalia? ‖ 22 scripturam: *corr. M* ‖ 29 et eici.

quaestionis rationem demonstrare oportet. eiusmodi autem 29
valitudo laxa, sicut superius dixi, cui praecipitur sanguinis
detractionem fieri, epiploce dicitur: causa, in qua duorum
valitudinum praemixtio invenitur, ut per nimiam strictu-
ram rigoris beneficio corruptio sanguinis accedat. ex qua
corruptione necesse habent nervi infestare, unde totius
corporis spasmus nascitur. solet colligatio vel contractio
nervorum fieri. quae corruptio sanguinis, si abundare 30
coeperit, in quacunque parte corporis se derivaverit, eas
partes habeat necesse est vel corrumpat, ubi et morbidi
fiunt. ex qua alienatione soluti nervi sine viribus san-
guinis laxiores fiunt. eiusmodi autem causa epiploce
dicitur, cum sit †uaque laxa. in qua causa curanda
duplex adiutorium erit, quandoquidem, cum sit laxa,
stringere eam oportet. prior est autem in eadem causa 31
sanguinis detractio, per quam laxationem omnis corruptio
illa, quae fuerit in corpore, abstracta, corroboratio poterit
nervorum fieri. sit tamen cura plenius rationabiliter,
quae adhibetur post detractionem sanguinis. debet enim
quicunque et percurandi rationem scire. in eiusmodi enim
causa praemixta quaecunque valitudo ex duabus dominetur.
illam percurare oportet sua ratione. quae tamen laxatio,
si cura minus proficerit, ustione cauteris facta constrin-
gitur. quid ergo ustio praestare possit, demonstrabo. 32
multis enim generibus auxilia virium suarum conferet
muto animali veterino, quae genera quasi medicorum
remedia hominibus adhibere possint. multas etiam causas
aestimo per compendium etiam nunc ad terapeutas potius | 106ᵛ a
se sanare, cum sit quidem tanta vis, quae sufferri non
possit nisi a muto animali. ideoque utique separata
invenitur in medicina iumentorum frequenter adhiberi.
praestat enim haec: laxa stringit, inflata tenuat, umecta 33
exiccat, colligata solvit, carcinomata praecidet, veteres

---

10 habent ‖ 13 utraque? valitudine *M* ‖ 15 aut ‖ 18 si ‖ 26 multo | generi: *corr. B* ‖ 27 omnibus: *corr. B* | etiam: tamen *B* ‖ 28 compedium | terrapentas: = θεραπευτάς ‖ 32 in plata tenuatum et exiccat: *corr. Veg. I 28, 2* ‖ 33 cardunomata

dolores auferet, alienatas partes ex qualibet causa in suo statu revocat, supracrescentia aliqua extra naturam sublat*a* non patitur crescere, multa etiamnunc et confirmat. haec omnia inesse vitia .... quomodo quis credat ignem curare posse, dabitur exemplum: quomodo fieri possit, ut quae restringit et alligat, rursum solvat. curatur causa cauteris candentibus, quorum praeruptio capulis facta cutem praerumpat: nec plus enim in paupero loco, verum altius *urit* duritias, interdum et cancellat in divisiones, picturae
34 similes pinnis urendo formantur. ex qua ratione vitium concutitur, id est maturatur. ex quibus foraminibus ustionum *ca*loris beneficio dissolutum vitium exundat per humorem, vel nunc vitium nervorum vapuratur calore permotum ustionis. altius enim si penetraveris urendo, plus contrahis; si minus, iterum si feceris, excalefacis. ex qua vulnera ustionis dissoluta, per saniem aufertur
35 causa et dolor. quarum cicatrices claudere cum coeperint, plus stringunt firmioremque locum faciunt et insolubilem cutem. haec ergo ratio intelligitur posse stringere, adligare, confirmare, excalfacere. quae sunt ergo, quae vel solvi vel laxari debeant duritiam? marmora, aquatilia, *e*lomata, ossillaginis. haec sunt vitia, quae supra comissuras extra naturales formationes corporis nata excrescunt. quae cum creverint, incommodando perdurant et alligando impediunt ergo gressum ambulationis per colligationem
36 commissurarum. haec ergo causa solvitur. vitia emendabuntur *per* puncta supra noda excrescentia, ita ut ipsae duritiae cauteriis penetrentur [pro modo altitiae], et circumvallatum per circuitum punctis pro modo altitiae. illa
106^{v} b enim ustio incipit perrumpendo dissolvere | nodos et laxari duritias. consumit enim vitium et nascentium et inminentium vitiorum semina, radices urendo extinguendo

---

1 auferret ‖ 2 sublatam ‖ 4 *in lacuna suppleo* praecipiuntur quae ita curari debeant ‖ 9 urit *suppl. B* ‖ 11 concuttitur: concoquitur *melius Veg.* ‖ 12 coloris beneficium ‖ 18 firmorem quae ‖ 22 ylomata: = ἡλώματα *i. e.* ἕλοι ‖ 26 vitio ‖ 27 per *addidi* ‖ 32 extiguendo

tollit. similiter et ossilaginem urendo auferet. omnis 37
ergo compago colligationis corrupta solvitur, cuius et dolor per saniem ludendo aufertur. quare solvitur, id est laxatur [XI] cinesis commissurarum, et incipiet rectius ambulare et agilius. verum est ergo et ustionem dissolvere posse. adeo veteres auctores exemplum demonstrant, qui praecipiunt fracturam nunquam debere uri. usta enim dicunt solvi ea connodatione fracturae. observabimus ergo fracturam nunquam urere.

XII Qua ratione singula vitia inuri debent, primum 38
demonstro. ustio autem *a capite* debet fieri a cervice pro virgas longas secus scapulas, puncta inter virgas usque ad lumbos. caput enim principale est inter omnia membra corporis. quod cum non continetur a morbo, nullum periculum patitur iumentum. similiter et posteriora loca oportebit inuri. *rieni* enim se morbus abstrahit, qui adpellatur nefrites, latine subrenalis. nefrites erit hic, qui signa haec adfert. protrahit posteriores pedes et strepitum de interioribus reddet, et cum prodire incipit, impingit se de pariete in parietem. et hunc inurimus 39
per totos lumbos usque ad vertebulum lumborum, et vesicae puncta recta non plus 24 *al*ternis dorsis digitos tres, ordines tres facientes, ab aliis alio distantes, in altitudinem digitis tribus. et ipsa vitia, quae uri debent, parapresmata appellantur. quae fiunt *in* concava articulorum, quas melcerides appellant. et haec ipsa adures, si molliora et nova. cum induruerit . . . haec rationi non plus altitudinem eorum, ideoque ipsa loca exilia sunt et gra-

---

3 eluendo *B* ‖ 11 a capite *vel* ad caput *B*: accipiet ‖ 12 virga ‖ 16 rieni *suppl. Lommatzsch* | morbos ‖ 17 — p. 16, 20 *redeunt infra 464—466, quae melius aetatem tulerunt, cf. Veg. I 8* ‖ 21 totus | vertebulum = vertebrum ‖ 22 a la ternis dossis: *corr. infra* ‖ 23 in altitudinem: latitudine *infra* ‖ 25 in *addidi*: in concavis *infra* | articulorum: testiculorum *infra* ‖ 26 melliceridas *infra* | hoc ‖ 27 *exciderunt hae duae lineae, cf. infra 466:* cum induraverint et veteruerint, in totum non sunt tangenda. nam plantas et genua urentes hanc rationem ‖ 28 ideo quia *infra*

40 cilia et nervosa. cum quando enim iumentum ex via aut ex *sarcina* ductionis laboraverit, naturale habens tenue corium, dum in quod maxime frequenter facit offensus, dolorem accipiet. et inde in *clo*diginem p*er* aliquod tempus . . .
107r a et per negligentiam increscat lapsus|que ceciderit. in eo offendat os. *ra*rum quoque intervallum fiat eodem, et plantae laborant ex labore viarum, ut ex sarcinae ductione. inde enim contingit dolorem fieri. qui sunt in plantis
41 nervi laborant, passi protinus intumescunt. maxime eis contingit, qui propens*i*oribus et laxae aetatis sunt. in quibus magis ustionem maxime fieri non debet. quibus huius morbi vitium se profundit in plantis, quae parapresmata appellantur, aut quod vitio facto in genuis, non debebit uri. similiter quae sunt *in concavis articulorum, inuri non debent.* contingit enim contractionem fieri. *quod peccant facientes.* non enim potest deducere, sed fit claudus, si ustus fuerit.

42 farcimina. sunt autem per se vitia in corpore similia furunculis, quae collectione foris faciunt, quae rumpunt. *sed et haec non debent uri.*

XIII Si cui iumento in ipso folliculo verrucae natae fuerint vel quoquo loco in corpore, sic curabis. primo lino ipsam verrugam ligabis, deinde causticum crudum imponis vel ferramento praecidis, cauterio adures. sic sanum fiet.

43 XIV Si quod iumentum coxa misera habuerit, sic curato. sanguinem mittito a visceribus, excipito in vaso,

---

2 arenio ‖ 3 offensum *infra* ‖ 4 dodiginem parali quod | *num supplendum* incidat? et in⟨ci⟩det *B* | inde claudicat per aliquod temporis et per negligentiam crescat aut lapsus ceciderit *infra* ‖ 5 lapsus quae: ⟨aut⟩ lapsus [quae] *B* ‖ 6 rarum *infra*: suorum | *fortasse pro* os *scribendum est* ossum *vel* ossu, *cum infra legatur* o͞s (*sic*), *quod vulgo* omnes *significat* | intervallum faciat *infra* ‖ 7 ut: aut *infra* ‖ 10 propensoribus: *sc.* plantis ‖ 14 *sq.* in — debent *supplet infra 468* ‖ 15 contractionem *infra*: contra rationem ‖ 16 quod peccant facientes *indidem* ‖ 17 *etiam haec truncata sunt, cf. infra* ‖ 20 *prompsi ex 468* ‖ 21 *infra 682 et Veg. V 16* ‖ 26 *Veg. V 17*

commiscito sulfur, nitrium, feclam, *b*aca*s* la*u*ri. adversus pilum perfricabis per triduum, aquam vervenaciam ut*c*ris ter in die per dies VI. quotiens *cal*ciabis illum pedem, qui sanus est, soliam ferream suppones et turminem. Nam ideo supponitur, ut illam partem, quae misera est, ungulam planam possit ponere. in quam sincrismam, quae *s. s.* est, uteris. si sol fuerit, perungues et perfr*i*gas ne **44** *minu*s quam hora. si hoc non proficerit, contra coxae commissuram 4^{or} foraminibus cutem pert*u*ndes et pannos *ex* aceto et oleo per cutem traicies. hoc per triduo traumatico linitos pannos per dies numero IX per ea foramina traicies. interdum curabis, ut calda verbenacia ante cura uteris et sic lemniscos subicies. XL° quoque die lemniscos educere curabis et increta*s* locum, ut cutis ad pulpas adhaerere possit. cum cicatrices *c*luserint, caustícum imponis. sanum fiet. | **107^{r}b**

XV Iumentum coxam si eiecerit aut convolserit, sic **45** curato. deducito coxa tanquam armum, sicut superius. haec curationes simili ratione curantur.

XVI Si quod iumentum coxam fregerit aut acrocolefia aut supragambam, de his pa*r*tibus, quoquo loco fractura fregerit, curari scias non posse, quia alligatura capere non potest.

XVII Si iumento natae fuerint lactosae in cambis, **46** haec signa erunt. dextra sinistra quomodo v*e*ssicas *cutis* ostendet. si*c* curabis, sicut f*l*emina in genuis, sicut supra est. aliam curationem sic adhibes. lentem, quae supra aqua nascitur, colligito, contundito et ab axungia vetere

---

1 uacalari: *corr. Veg.* ‖ 2 utris ‖ 3 adciabis: fasciabis? | clauco (clavo *B*) ferreo vel si defuerit spartea calceabis, cui rotulam ligneam subicies et addita fasciola diligentissime colligabis *Veg.* ‖ 4 soliam = soleam | turminem: tomiceam *L* ‖ 7 s. s *addidi* | perfregas ‖ 8 nimis ‖ 9 pertendes: *corr. Veg.* ‖ 10 ex *Veg.* et ‖ 13 undecimo *Veg.* ‖ 15 eluserint: clauserint *Veg.* ‖ 17 *Veg. V 17, 4 et infra 692* ‖ 20 *Veg. V 19 fin. et III 47, 1* ‖ acrocole fiat ‖ 21 pastibus ‖ 24 *Veg. V 18* | lactosae = laccae ‖ 25 vis siccas sic ostendet: ad similitudinem vesicae inflabitur cutis *Veg.* ‖ 26 si: *corr. B* | femina

[et] alligato, lasar et acetum admisceto et cambam alligato et diligenter cura.

47 XVIII Si iumentum cambam percussam habuerit et tumorem concitaverit, sic curabis. cretam Cimoleam et rubricam ex aceto macerabis et cambam oblinito. si quod iumentum cambosum factum fuerit, sic recens est eius remedium. sanguinem emittito de tibia, continuo lanam succidam ligabis circum cambam. cave ne eam fomentes. talis enim curatio sic curatur. cave ne illam cauteries. malagma *ut*eris cruda, quae infra scripta est. tertio quoque die solvis. cum tibi videbitur ambulatio recta esse, causticum induces. sanum fiet.

48 XIX Si quod iumentum camba laxaverit aut articulos, non alias curabis, sicut superius est. si quod iumentum *aquat*ilia habuerit infra cambam, quae fregerit, sic curabis, quemadmodum in prioribus demonstravi.

XX Si quod iumentum aquatilia habuerit in articulis, haec remedia erunt. feclam conspargito et salem dimidiam et lanam succidam ex aceto alligato, tertio die solvito et calda foveto. curato ex melle coctam farinam ordeaceam et lini semen contundito *et* fenugraecum, omnia in vaso coquito, bis in die fumentato et malagma cruda alligato.

49 XXI Si quod iumentum ab onere percussum nervos praeciderit, simili ratione curabis, sicut in prioribus pedibus demonstravi.

XXII Si quod iumentum scaurum factum fuerit, sic
107v a curabis |, quemadmodum supra scriptum est et docui. scias tamen posteriores pedes facilius curari posse, non priores.

XXIII Si iumentum rota insecuta fuerit, recens lana succida imponito ex aceto et oleo, alligato per triduo, postero die ficum duplicem et nitrium conterito, una

---

1 levigato *B* ‖ 3 *Veg. V 18 fin.* ‖ 5 lubricam ‖ 7 *Veg. V 19* ‖ 9 in tali curatione contrarium est *Veg.* ‖ 10 veteris ‖ 15 ilia ‖ 17 *infra 607*; *Veg. III 49, 2* ‖ 21 et *addidi* ‖ 24 omere: vomere *L* ‖ 25 pedibus *dativus, an* de pedibus? ‖ 30 *Veg. V 20* | insecta *L*

permixto et imponito, tertio die solvito et renovato. si nihil proficerit, malagma ex *te*trafarmac*um* imponito per triduum. si nihil profecerit, imponito malagma *me*liac*inum* eodem modo, usque dum sanum fiat.

XXIV Si aquatilia fuerint in *ar*ticulis aut in cambis. **50** quae minime ferro frigido tetigeris. est enim periculum, ne abundantia humoris pereat iumentum. sed uteris scarif*a*tione et sanguinis detractione, lanis calidissimis, aceto qua*m* optimo, sale tusum et oleum *vel* axungia per dies V, deinde *lig*amentis, ut superius praeceptum [est] habes. deinde uteris liparam ibisco, [habes] genestam ex axungia saepe contusa. genesta et malagma cruda si minus est, ut superius habes praeceptum. si ea curatione non fuerit explicata, utere caustico ferventissimo, quod habeat ustionem genus. si minus, urito, ut profuerit quis locus; usta, sicut superius habes, curato.

XXV Si reuma pedum *habent.* reumatici autem pedes **51** aut ventosi nunquam tangendi sunt ferro, ampliabit enim in eis derivatio et maior e*st* in pedibus inflatio. sed in novitate magis urenda sunt haec vitia et super venas propter adustionem horum vitiorum. haec enim causa in totum auferri non potest. quibus et venae intercidendae et travertendae erunt. hoc quidem sine repromissione sinceritatis censeo.

XXVI De impetigine, id est licenas. impetigo, quae **52** nascitur plerumque magis in pedibus a*rticul*orum locis necessariis. est enim genus vulneris, qui sibi nascantur locis commissuralibus vel media camba incontra vel post genu super nervos vel incontra supra coronam in *b*ase. quod fit vulnus ragadio simile, quod | difficiliter sanatur, 107^{v} b

---

1 permixto = permisceto ‖ 2 extra farmacem ‖ 3 iliacen: *corr. Veg.* ‖ 5 *Veg. III 49* | auriculis: *corr. Veg.* ‖ 8 scarificione ‖ 9 qua | vel *add. Veg.* ‖ 10 vibamentis: conliganda sunt *Veg.* | est: *del. B* ‖ 13 ⟨urito⟩, ut? ‖ 17 *Veg. III 50* | habent *post* pedes *collocatum* ‖ 18 ampliavit ‖ 19 maiore: *suppl. B* ‖ 25 *Veg. III 51* | lycenas: = λειχῆνας ‖ 26 asinorum: *corr. Veg.* ‖ 29 vase ‖ 30 *i. e.* ῥαγαδίῳ

quod inde *ac*ternam vocant. hoc autem vulnus est discolum. impetigo quod appellatur. quod curatur *s*talticis rebus vel stipticis vel ustione non sine alligatura et malagmatibus catuloticis. hac ratione curatae impetigines sanae fieri possunt.

53 XXVII De uligines, quae nascuntur in pedibus, cruribus et pectore *u*nguinibusque, quod quid*a*m et dulcidines vocant. quod nascitur non absimil*e* scabie. quod cum coeperit pedibus se id vitium diffundere, exulcerat totos pedes et leprosos facit cum quadam aspredine ex nimia prurigin*e*. ex qua re sibi iumenta pedes corrodant vel alternis pedibus se sibi confricando vulnerent.

54 quod est genus reumae suffusionis, quod vitium acres humores inferent. quod curatur per detractionem sanguinis et [in] medicamentis metasincriticis et purgatione ex cucumeris *s*ilvaticae radice et nitrio. medicament*a* autem ad huiusmodi curam in dinamidiis demonstrantur. ex qua re curatum iumentum sanum fieri potest.

55 XXVIII Si iumentum morbum renalem temptaverit, sic eum intelliges. pedes interiores subtrahet. sanguinem ei de i*n*guina detrahes et ipsum sanguinem sale et oleo permisces et renes eius perunges. et potionabis eum sic. herbam hel*i*otrophiam d. I, euforbium d. I, piperis grana IX, manna turis d. I, per triduo dabis ex loteo virginis per triduum eminas singulas. sic sanum fiet.

LIBER II.

56 1 de capitis fractura
2 de auricula radice
3 de auriculae radice

---

1 indodeternam | *i. e.* *δύσκολον* = *δυσούλωτον*, *cf.* catuloticis *l. 4* ‖ 2 sialticis ‖ 6 *Veg. III 52* ‖ 7 inguinibus quae | quidem | 8 absimiles ‖ 11 pruriginem ‖ 15 in *del. L* | meta esincriticis ‖ 16 salvaticae | medicamento ‖ 17 in dinamidiis: *infra 814?* ‖ 20 interiores: posteriores *infra 479* ‖ 21 iguina ‖ 23 helotrophiam ‖ 24 loteo = lotio ‖ 25 *subscriptum* Chironis Centauri liber primus explicit Incipit liber 2us

4 de triciasi oculorum | 108r a
5 de suffusione oculi
6 de platocoriasin
7 de lunatico oculo
8 de stafyloma oculi
9 de myiocefalio in oculo
10 de unguine oculi
11 de incomatio in oculo
12 de centro oculi
13 de strumis
14 de glandulis
15 de pullaribus
16 de fistula maxillae
17 de fistula
18 de oncomate
19 de bubonacio
20 de suffusione
21 de venulis
22 de marmore in genibus
23 de mallonibus in genibus
.. ..
qui continet chirurgiam totius corporis.

I Chirurgia est, quodcunque in corpore natum manu 57
ferro vel cauterio curare oportet. quae nisi ferro vel cauterio curentur, aliter curari non possent. primo ergo demonstrem omnem curam capitis. quodcunque iumentum in capite ossum quoquo loco fregerit vel nudaverit, sollicite curabis cataplasmaticis oleaticis, magis humore, rarenter lavatione. stillicidium humoris in casus his locis nervis vel cerebro penetret, magnum impetum et periculum facit. nec in primo acris medicamentis sed magis melle curato. cum maturum erit, cura ossa temptato, 58

1 tricias: = τριχίασις ‖ 5 estafyloma ‖ 6 miocefalio ‖ 7 igwine ‖ 16 bubo nativo: *corr. infra 100* ‖ 22 *Veg. III 13* ‖ 23 ferre ‖ 27 cataplasmatis? ‖ 28 labatione | in casus = incidens *B* ‖ 29 penetret: si *supplendum, quod Chiron saepe omittit in protasi*

mobilia tollito. sed bene matura si iam sibi laxaverint, tunc ea educito, et astulas aspras, quoquo loco cecidit os, succisorio radito per xisteras. si ubicunque spilosis facta fuerit, tam diu radito cottidie, donec sanguis per ossum respondat. ita concarnat. nam nunquam cludit,
108[r]b **59** si non raseris. | *solet* fistula fieri maxime ossosis et commissuralibus locis. scias, quod, si fistula eo loco facta fuerit, incipiet vulnus pusillum incurabile esse, ex quo humor multus effluet, non sanies, sed liquidus magis. eam sic curato. vaporato diebus V vel quousque maior foramen vulneris fiat. deinde subicito collirium fistularem et munito ad caput diligenter, tertio die solvito vel 4to, vel si fistula ceciderit, traumatico curabis, donec sanies
60 spissa et non multum in eo loco inveniatur. cum iam limpidum videris, curato vulnus anapleromaticis medicamentis. vel si longum iter vulneris fuerit, collirium facito ex melle et ervi polline et thus masculum decoquito et subicito per dies V. inde cottidie curato ita [ut vita] ut deprimas eas partes vulneris, ut cohaereant. ita facito per dies plures, donec sanum fiat.

61 II Si quod iumentum a radice auricula aliqua vi contunderit et collectionem fecerit, matura causa scalpello secato et sinito *pus fluere*. deinde lemniscum ex aceto acro et oleo subigito per triduo, 4to die traumatico curabis, donec sana fiet. si cartilaginem vexaverint et ex eadem causa, sanum fiet.

62 III Si quod iumentum e radice auriculae vel ad commissuram et tumorem durum et grandem fecerit, sic curato. cataplasma imponito fenugraeci et lini seminis et tritici pollinem, donec maturescat collectio. deinde scalpello secato, ita ut interius foras spectet. curato mero

---

1 mobili manu *Veg.* ‖ 3 siccis orio | spilosis = *ψίλωσις* ‖ 5 ludit: clauditur *Veg.* ‖ 6 solet *Veg.*: locis ‖ 12 munitam ‖ 15 lipidum | ano pleromaticis ‖ 16 inter: *corr. L* ‖ 19 *dittographiam delevi* | coereant ‖ 21 *Veg. III 14* ‖ 23 pus fluere *Veg.*: post pulvere | lemnas cum ‖ 25 sana: *sc.* auricula

et oleo et sale mixto, lemniscum satiatum subigito, curato per triduo, donec fervor et tumor desinat. deinde percurato, sicut supra. sanum fiet. difficiliter quidem **63** *haec* loca sanantur et tarde, cito enim his locis fistu*l*ae nascuntur. quod si supra scriptis rebus ex causa sana non fuerint, urito, cauteriis puncta interponito et vicinas partes urito, ita ut cutem et causam ulterius praerumpas. curato, quomodo oportet | causa curari. sic sanum fiet. 108^{v} a

IV Quodcunque iumentum in oculis tri*ch*iasim patietur, **64** id est, ut palpebra eius superiora ulterius cilia infertent, sic eum curato. sub ipsum palpebrum intus scalpello plaga*m* directam das secus ipsos pilos, ut palpebrum foris versus laxes. deinde ut foris versus iuxta ipsum palpebrum et superius forficibus fasciolum praecides per longum ad diastimam oculi. deinde et fibulas impones et constringes palpebrum foris versus, quomodo tibi aequalem visum fuerit, ut ambo oculi sine deformitate sint. mero **65** et oleo motaria satiabis et super in causa imponis et spongiola satiato imposita, fasciabis oculum per dies V, deinde solves. collirio intus oculum curabis, defor*is autem* tetrafarmaco. fibulas non rumpes, nisi iam glutinabit et cicatrix esse coeperit. praeruptis quoque fibulis curabis per dies 4^{or}, ita ut caro non crescat propter deformitatem. sanum fiet. aliter eadem causa sic curato, **66** ut forficibus toto crista palpebri auferas. hoc quidem evenire solet, ut per uncinum pist*i*lli deiunge*n*s iumentum palpebrum, praerumpat et praependat ipsum palpebrum. similiter forficabis praecisum, posca fumenta oculum in praesente. et si fibulis figas, velocius cum sanguine glutinat. ideo autem posca fumentatur propter sanguinis fluxum,

---

4 haec *M*: et | ficturae ‖ 9 *Veg. III 15* | striglias impatietur ‖ 10 infestent?: pili aliam palpebram urentes lacrimas moveant *Veg.* ‖ 12 plaga ‖ 16 tybiae qualem: naturalem *Veg.* ‖ 17 difformitate ‖ 18 mortaria ‖ 20 deforis vero *Veg.*: deformat ‖ 26 pistuli: *chirurgi instrumentum quoddam*: pisculi *M* | deiunges: *corr. B* (= si deiungis) | partem, quae prominet ad mensuram naturae, forficibus amputent *Veg.*

et collirio cottidianis diebus adhibito persanatur palpebrum. tamen *et* triciasis verissime curatur superiori demonstratione.

67 V Si quod iumentum oculis suffuderit. prius est suffusionis genera demonstrare, quae sunt, deinde curam. sunt autem genera suffusionis numero tria: platocoriasis, *y*pochyma et suffusione praesens ab epiforeton e rationem capitis, quae cognoscitur sic. oculi suffusi fiunt *et* turbolenti quasi sulphores vel sanguines, ali *v*ero tensis oculis
68 non vident. haec quidem suffusio curatur sic. sanguinis
108^{v} b detractionem facis de | temporibus et uteris aqua calda, radices feniculi decoctas cottidie et collirium inungebis ababalsamu, quem ad suffusionem clauco*m*ae in dinamidia positum habes. sic sanum fiet. platocoriasis est, quae contingit a furia vel a so*llicitudo* itineris. quem cum passi sunt, et non est eis permissum currere, furiet nimia caloris beneficio, diffundit se pupilla (core quae dicitur) et fit platocoriasis, id est dila*ta*tio pupillae, et perdet visum luminis per diffusionem suam.

69 VI *In albumine* in pupilla luminis nascendi origo servatur. qu*ae* cum diffusa est, recolligere non potest nec claritatem luminis habere nunquam potest; ut o*vi* vitellus diffusus et corruptus omnem nitorem et compositionem *a*mittens recomponere se non potest nec similari sibi non potest. sic et platocoriasis cum facta fuerit, curari non potest. quod intelligitur sic. non videt et tensis oculis erit et colore integro sine nullo humore aliquo interius obstante, sed limpidi oculi tanquam sani. sed respiciens interius in oculo quasi livore diffusum intelligis bilem. quod magis sic intelligitur, dum in ipso oculo

---

2 attriciasis ‖ 4 *Veg. III 16* | prius et ‖ 6 *sq.* platochoria sisipuchima: *i. e.* πλατυκορίασις ὑπόχυμα: στενοκορίασις πλατυκορίασις ὑποκορίασις *distinguit Veg.* ‖ 7 ephiforetone: *i. e.* ἐπιφορά ‖ 8 et *addidi* ‖ 9 *i. e.* sulphurei vel sanguinei | a libero ‖ 13 ababalsamu = ὀποβαλσάμου | clauconiae | dinamidia: *infra 796 sqq*? ‖ 15 sollicitudo *Veg.*: sonitu; sonio *B*, ‖ 17 chore ‖ 18 dilatio ‖ 20 in albumine *ego*: malui enim ‖ 21 servaturque ‖ 22 ut ovi *Veg.*: uto *sic* ‖ 24 admittens ‖ 29 *sq.* intelligibilem

imaginem figurae tuae quomodo in speculo, ut videri solet in oculo, non videtur. inde intelliges platocoriasin esse. et haec quidem suffusio dicitur ypo*ch*ima. quae **70** nascitur ab humore capitis. primum in uno oculo se diffundit. quod sic intelliges. lacrimosum oculum faciet *et* nebulosum, quasi assidue fricet, et extumidior fit [et] interdum, rursum cum perfrixit. similiter in recenti videt oculo, sed non tam claro. quod cum intellexerit, sanguinem eis detrahet desub oculo vel de ipsa parte temporum. et uteris fomentis ex feniculi radice et ruta decocta, inunges collirium oppoponace, thus et obobalsamatum, ut multum delacrimet, vel abusus siccum adsidue *inun*gues. solent enim ex hac diligentia sani fieri et carere suf- **71** fusionem. rarenter quidem sani fiunt, sed et uruntur eis venae temporales. novam tamen clauco*m*am sic intelliges: | 109r a in oculo primo super ips*am* pupillae diffusionem vitreo similem cum candore leve natam. haec quidem nova est, sed non videt. cum iam coeperit veterescere et matura fieri, colliget se et spissat et fit cauculo similis, contra ipsa pupilla obstat, praecludit visum luminis. haec ipsa suffusio ypo*ch*ima vocatur. quae posita est post ipsa **72** et duas tunicas superiores, ceratoiden et ragoiden, interius sedet super ara*ch*noidem, non tangit pupilla. quare et curari potest per paracentesin. haec ipsa quidem ypochima tribus generibus se ostendet. est auroso colore: haec curari non potest. est candida, gipsodes quae dicitur: et haec ipsa curari non potest. est et spissa colore oleagineo *muc*co similis: curabilis est haec. quam **73** ab ipso colore supra scripto intelligens eam maturam esse, suffricas oculum plana manu et permittito aperiat

---

2 platocoriasī *sic* ‖ 3 yphocimma ‖ 6 et *addidi* ‖ 7 interdum: interclusus *L* | perfrixit = perfricuit ‖ 8 intellexerit: *sc.* mulomedicus, *praefero vero* intellexeris *et* detrahes ‖ 12 abysus ab: ysopus *B* | igues: tingues *B* ‖ 15 clauconiam ‖ 16 ipsarum ‖ 19 cauculo = calculo ‖ 21 yphoima ‖ 22 tuniacas | tragoiden: = ῥαγοειδῆ | 23 sed et super aratro idem ‖ 25 yphoima | *Veg. III 17* ‖ 27 et et ‖ 28 muco *Veg.*: in veco *sic* ‖ 29 intelliges: *corr. B*

oculum. si videris eam moveri quasi de latere leviter et colligere, scies eam posse iam pungi. quem sic curabis. abstineto iumentum ante pridie quam plurime ab aqua, et elidito eum *in loco molli*. facito caput eius super cervicale bene componatur; oculum illius aperias ex duobus tyflodiplangistris vel per obtalmostatum si habueris. fac, ut oculus eius patens cludere se non possit.

74 deinde paracentesim pungito in ipso albumine, [pungito in ipso], quod est ab ipsa fronte, et subigito ulterius paracenteterium, ita ut inter tunicas subicias inter ragoiden; videto, ne pupillam tangas. susu enim haec ypochyma posita est, quam capulo paracenteteri depremes diossum versus ad palpebrum versus inferiorem subtiliter, ne quit ulterius laedas. si se commodaverit, cito paracenteterium noli eximere, nisi prius oculum clusum penicillo caldo diu vaporaveris. solet enim resalire loco

75 suo. quam rursus iterum repremito, donec se diossum commodet et non resaliat. quod si tardius se commodaverit nec non resaliat, cum videris pupillae claritatem sine ulla ypochima obstante, eximes paracenteterium

109r b [eximes] | et invenies eum videre. curabis sic. anacollima ex oleo roseo et ovi album, lanam satiabis et super oculum eius inpones et fasciabis. et facito, ipso die

76 ne manducet; et bibat tantum, si voluerit. altero die solvito et calda fumentato diu, deinde fenugraeci sucum in oculos suffundis et rursum anacollima similiter per triduum curato imponere. deinde postmodum solvito oculum, fenugraeci suco fumentato, ex melle inungito Attico, donec cicatrix oculo se confirmet. sic sanum fiet.

---

4 in loco molli elides *Veg.*: helidico eum ‖ 6 tyflogi plangistris vel per obtalmostatuens: *cf.* ὀφθαλμοστάτης *et infra 100* diplantistrode ‖ 7 oculos ‖ 8 *sq. dittographiam del. L* ‖ 10 pacentetrium | tragoyden ‖ 12 ypohyma | pacenteride premes ‖ 13 duossum: = deorsum ‖ 14 pacenterium ‖ 15 exuinere *sic* | poenicillo ‖ 16 calido *Veg.*: addo *sic* ‖ 17 deiussum ‖ 20 ypophima | pacenterium ‖ 25 adda ‖ 28 inungto (ī ugto) ‖ 29 oculos

VII Est et aliud vitium, quod sic contingere solet, 77
ut temporibus albiginem faciet et temporibus elimpidet. ex quo vitio crescenti oculum lunatico dixerunt. quod vitium curatur sic. per sanguinis detractionem de parte ipsa temporum, deinde per dies plures desub ipso oculo sanguinem copiosum detrahes et uras cottidie, fomen*ta*to calido et oculum inunges collirio acrissimo et termantico per plures dies, donec sanum fiat. si ex *h*ac re sanum fieri non potest, venas superiores in tempora *et* captato, ut illud tempore uras.

VIII Quodcunque iumentum in oculo staphylo*m*am 78
habuerit, incurabilis quidem causa est. sic eam curari oportet. desub oculo sanguinem ei detrahito et fumentabis *cald*a decocta cum radicibus feniculi et rutae. inunges cottidie collirium non valde acre. si vulneraveri*s* et deplanaveri*s*, ex suco fenugraeci fumentabis et inungebis collirio lene[rd], quod facit ad tunicas ruptas, donec se cicatrix cum planitia cludat. deinde uteris collirium acre per dies plures, donec quaecunque partes se aequare possint ad aequalitatem, ut sit oculus sine turpitudine. haec enim res difficiliter provenit.

IX Quodcunque iumentum oculum my*i*ocephalum 79
habuerit. quod sic cognoscitur. ipsa orbe nigredinis verruca fiet alta quasi muscae amplae caput, unde et my*i*ocephalum dictum est. quod curatur sic. acerrimo collirio nimis assidue inungebis ter aut quater diurnum, *cal*da fovebis. similiter si se coeperit | extenuare, se- 109ᵛa
queris eam curam, donec sanum fiat. quod si non profecerit et callositas ipsa permanserit, sic curabis. elides 80
iumentum et capillo claudes subtiliter eam verruculam,

---

1 *Veg. III 18* ‖ 2 temporibus: interdum *Veg.* | albiginem = albuginem ‖ 6 fomento ‖ 8 acre: hac ratione *Veg.* ‖ 9 sed: sic *B* | in temporibus . . . diligenter perquires et ibi inures, ut humor noxius possit arceri *Veg.* ‖ 11 *Veg. III 19* | staphyloniam ‖ 14 adda ‖ 15 vulneraverit ‖ 16 deplanaverit ‖ 17 leni *Veg.: quid in* rd *lateat, non expedivi*: leniore *M*, id quod *B* ‖ 22 myocephalum ‖ 25 myocephalum ‖ 27 adda

colligas, stringito et lacinias non longas *c* capillo remittes et anacollima curabis, oculum colligato cottidie, donec cadat. cum ceciderit, uteris fomentum ex fenugraeci suco et melle et aceto. inunges, si albamen fecerit, collirio acro. curabis. sanum fiet. alii dixerunt scalpello eam verruculam de oculo tolli debere. sed non recte fieri existimo. saepissime enim contingit ex hac re oculum posse perire. quare faciendum demonstro, sicut supra docui.

81 X Quodcunque iumentum in oculo [in] ung*ue*s nutrie*r*it, terrigia quae vocantur, sic curabis. si tamen orbem nigredinis non tetigerit, depone iumentum et oculum eius aperies, similiter quomodo claucoma pungenti, et acum suptus ipsum terrigium traicies cum lino tenuissimo et suspendes ipsum terrigium superius et scalpello decarnabis subtiliter. desuper ipsa cerato, ideo inprimis ab orbe nigredinis persequeris usque ad angulum oculi, tolles eum
82 scalpello. curabis sic. in l*e*nteolum . . . pusillum tenerum cum sale modico involutum intingues in aceto acro et in ipso angulo oculi, unde terrigium praecidisti, inpone pro ca*u*terium, ne rursum excrescat. cludes oculum et superinpones spongiam, cum pusca tepida colligabis, altero die solves et fumentas oculum calda simplici. inpones collirium per dies VII. sanum fiet.

83 XI Quodcunque iumentum in ipsa palpebra oculi vel secus angulum incomatium nutrierit, scalpello eum subtiliter tollito, ita ut integrum auferas cum suo folliculo; nam renascitur iterum. cum exemeris eam, fibulam impones, quomodo vulnus frequenter curare oportet. deinde sequentibus diebus post fibulas ruptas tetrafarmaco curato. sic sanum fiet. curato hunc, ut quodcunque in oculo contingerit vel suffusione vel albumentis, sic curabis.
4 oculum mero laves sic. in nares dextra sinistra ipsa

---

1 e *B*: et ‖ 2 addat: *corr. M* ‖ 9 inunges | nutrient: *corr. B* ‖ 10 terrigia = *πτερύγια* ‖ 12 clauconia ‖ 17 lenteolum = linteolum; *puto excidisse* olus ‖ 20 procalterium: *super* cal *superscr.* cau ‖ 25 incomacium = *ἐγκομμάτιον B* ‖ 30 *Veg. III 21*

callositate narum | intelliges: cavernae sunt subtiliter. 109ᵛb
per quod caverni foramen oculum lavari multi auctores dixerunt sic, ut fistula*m* gracil*em* vel *cicu*tam in hoc caverno naris, quem demonstravi, subiciat. rostrum mero impleat et per eam *cicu*tam sufflet, cum mero intro penetret. cum hoc feceris, statim invenies oculum lacrimari. ex quo intelliges eum foramen ad oculum pertinere. velocius proficiet, cui hoc factum fuerit.

XII Quodcunque iumentum sub oculo ipso centro ossi 85
percussum quodlibet ictus *t*umorem fecerit durum, callosum, ossilaginis similem. sic eum curato. deponito iumentum et aperito cutem scalpello, causam et os *suc*cisorio eam gumbulam cartilaginosa vel osso alta *cae*dito, ut deplanes, ut eum locum ad similitudinem alterius partis reddas. cum bene cecideri*s* et deplanaveris locum, aceto et oleo linteolis vel licinio madido eum locum comples et fasciabis. tertio die solvito et similiter cu- 86
rato per dies V, donec fervura desinat. deinde traumatico curato et catastaltico labraturam cutis consumito, donec se vulnus limpidet et aequet. quod si videri*s* ossum ipsum concarnare non posse, radito tam diu cottidie per xistera, donec sanguinet et concarnet. curato medicamentis congruentibus vulnus. sanum fiet. quod si post sanitatem ea causa excrescere coeperit, punct*is* cauteriis urito, usta curato. sanum fiet.

XIII Quodcunque iumentum strumas vel parotidas vel 87
scrophas habuerit, sic eum intelliges. tumor dextra sinistra ab auricula usque ad fauces grandis increscet, et recto capite erit et pr*aef*ocabitur simili modo ut ab strangu*lia*. sic eum curabis. primum cataplasmatibus et fomentis

---

3 sicut fistula gracie: tenuis fistula *Veg.* | cutitam: *corr. M* ‖ 4 subicias? ‖ 5 impleas? | utitam | suffles? ‖ 9 *Veg. III 22* ‖ 10 humorem: *corr. Veg.* ‖ 12 *sq.* os siccasorio ‖ 13 gumbulam = cumbulam *B*, gingivulam *falso Veg.* | caedito *Veg.*: dieto *sic* ‖ 15 ceciderit ‖ 19 libraturam *Veg.* ‖ 20 viderit ‖ 24 punctus ‖ 26 *Veg. III 23* ‖ 27 strophas ‖ 29 provocabitur: *corr. Veg.* | strangwiria

calidis uteris, aut cataplasma *ex* polline ordeaceo et resine aeronale cocta impones, donec resine collectionem faciat. et cum maturuerit, scalpello secato, ut pus exeat. curato aceto, sale et oleo. lemniscon subicito. et reliquis quoque diebus traumatico et medicamentis aptis curato, sed sollicite vulnus pateat. solet in eis locis fistula cito fieri.
110[r]a 88 quod si fistula facta fuerit, curabis, ut superius | demonstravi, *per* papyros et per collirium. si tamen parotidae vel strumae in callositate permanserint, urito punctis cauteris. usta curato et malagma imponito, quae est ex calce et axungia conposita, quam in dinamidiis habes. sanum fiet. similiter curabis et scrophas supra scriptas. utile est.

89 XIV Quodcunque iumentum glandulas habuerit. quae fiunt in pullitia. ex qua re solent iumenta et in morbum incidere. nascuntur haec inter maxillas et fauces. diossum versus fit tumor carnibus excrescens sine dolore. quem tumorem palpatum intelliges carnem intus esse. solent quidem haec †intus minuere perire. quod si *coe*perit
90 ita crescere, ut possit nocere, sic curato. deponito iumentum et scalpello vel sagitta intra medium aperito et excastrato eas subtiliter; eximito ita, ne venam aliquam tangas. cum exemeris glandulas, curato causam, ut superius demonstravi, aceto et oleo et medicamentis, et sanum fiet. alii vero dixerunt debere eas glandulas uri oportere. sed si pusillae fuerint, hac curatae sanae fient.

91 XV Pullaria nascitur pullis in prima calefactione dentionis, quod nascuntur inter maxillas similiter, ut superius dixi. fit tumor eo loco grandis et tensus cum

---

1 ex *Veg.*: et | ordeacea | rasine: *corr. Veg.* ‖ 2 eronale | 3 plus ‖ 4 lemniscos *Veg.* ‖ 8 per *addidi* | patidae ‖ 11 auxungia | in dinamidiis: *infra 891* ‖ 12 stropha ‖ 14 *Veg. III 24* ‖ 16 diosum ‖ 19 initiis minuendo *L*: inter initia (in initio *Par.*) perunctae picula et oleo perfricari solent vehementiusque manibus corrumpi et ita velut vanescendo sanari *Veg.* | sive perit ‖ 25 debere: cautere *L* ‖ 26 hac: *sc.* ratione; curatione *aut* ⟨cura⟩ curatae *B* ‖ 27 *Veg. III 25* ‖ 28 dentitio *Veg.*

dolore. quod si coeperit crescere et tumere et dolere, ex quo manducare vix possit, cataplasmabis eum, donec maturum faciat. deinde postmodum scalpello aperies et aceto et oleo curabis ordine, quomodo oportet. sanum fiet.

XVI Quodcunque iumentum in eo loco inter maxillas **92** fistulam fecerit, intro os in ulterius sub lingua fecerit et praerumperit ulterius os. per quam fistulam, cum bibet, aqua profluet. sic eam curato. papirum subicito ita, ut pars perexeat in os eius, lacinias interius lino ligatum, et exeat hoc lacinia iterum foras, et alteram partem papiri inferius foras similiter ligato. facito, ne papirus per colligationem nec hac nec illac exire possit. | triduo **110^{r} b** vel sic remittito, 4to die solvito et papirum eximito. tale collirium tam validum et longum similiter ut tardus **93** subiat nec exire possit, fasciabis locum, ita ut possit manducare. tertio die solvito os. si fistula ceciderit, curato traumatico diebus 4^{or}. deinde collirio ex melle et ervi pollinem decoctum subicies ad istam plenitudinem foraminis. deinde cephalico, id est anapleroticum in eo vulnere inpones per dies plures. sanum fiet.

XVII De fistula quoquo loco nata. primum quod **94** genus vulneris sit fistula. est autem vulnus, quod vulnus foramen pusillum habet et locum *cuniculi* instar habet. non sic dolet. quod vulnus semper humores liquidi profluentes non desinet. quod nascitur a nervo aut cartilagine aut ab ossum in alto vexatum, quod in se talia scabritia vel ex spurcitias habens non repurgaverit. ex qua causa humores interius nutriuntur et currentes et per vulnus et limositatem et callositatem totius vulneris in longum et in curtum faciunt. quae callositas facta coire **95**

---

5 *Veg. III 26* | quomodocunque *a librario scriptum esse videtur* ‖ 6 ligua | 8 ut pars eius in ore extet, quam lino diligenter ligabis, ne possit elabi; pars vero foris exeat, quae nihilominus constringenda est lino, ne cadat *Veg.* ‖ 9 [per]exeat? per ⟨fistulam⟩ exeat? | ligato ut? ‖ 14 tardus: artius *B* | collyriumque ad longitudinem et cavaturam vulneris ad arctum fistulae subicies, et ne forte labatur, fasciabis locum *Veg.* ‖ 16 solvit ‖ 20 *Veg. III 27* ‖ 23 cuniculi *suppl. L*

non potest. fit fistula. et quae callositas quoquo modo restaurata nisi auferatur, hoc vulnus coire non potest nec glutinare. cuius fistulae cura multis generibus demonstratur. alii vero scalpello resecari iubent, ut possit vulnus ampliari, et medicamentis acerrimis decarnari, et sic coire hoc vulnus, sic persanari dixerunt. sed non facile
96 ex hac re possunt fistulae curari. alii vero cauterio urere eam fistulam ulterius praecipiunt et vicinas partes eius punctis perrumpere cauterio, ut possit, quoquo modo radices miserit, dissol*vi*. et vulnere ampliato medicamentis stalticis sic curata sana fiet et fistula. melius aut*em* fistulae curantur quoquo loco papiro. haec enim ratio collirii nullum nervum nec commissuram vexare potest. quod cauterio vel scalpello facit causam vulneris, in
97 deteriora mittunt et periculum adferet. collirium autem omnem callositatem fistulae, radices eius de alto eximet,
110^{v}a at patidum vulnus facit, quantum volueris. quod | si ossum fuerit diossum vexatum, quod radere oportet, patens vulnus non impediat curam. quod si in alto spurcitia aliqua vulneris aut cartilago remanserit, rursum ex eo collirium pulver missum omnia vulnera limpidet et sanet. hanc ergo curam limpidat, et sana est et fistulas curat.

98 XVIII Oncomata, id est bubona, quas diotebuculas appellant, in corpore quae nascitur, id est tubera. quod genera sint *et* ex quo modo ista, scire oportet, et quomodo et quibus rebus curentur. sunt autem oncomata genera sex: *s*teatoma, atheroma, meliceris, sarcosis, an*curis*ma, *gangl*ion [et apostema]. steatom*a* est tuberum, quod in se adipem habent. meliceris est tuberum, in quo

4 alii enim scalpello resecari et aperiri iubent et syringotomio decarnari medicamentisque acerrimis consumi et sic postmodum vulnus ad cicatricem coire *Veg.* ‖ 10 dissolute ‖ 11 aut ‖ 16 exhimet ‖ 17 patidum = patulum ‖ 24 *Veg. III 30, cf. Galeni XIX 440 sq.* ‖ 26 het ‖ 28 theatoma | sarchosis analieris manglalion ‖ 29 *glossema delevi* | steatome ‖ 30 *sq.* in quo — tuberum *p. 33 l. 2 desunt apud Vegetium, ut puto, culpa librariorum*

invenitur humor liquidus, quasi fenugraeci sucus. sar- 99
cosis est tuberum, in quo caro inspissata quomodo in verrucis invenitur. aneurisma [est tuberum, in quo caro conspissata quomodo in verrucis invenitur. an-
5 eurisma] est tuberum, in quo sanguinis spirito cum dila*ta*tione venae, similis ut varex incurabilis. atherom*a* est tuberum, in quo invenitur farinosa glacies. *g*anglio*n* est, quod fit ex nervi duplicatione, similis tubero cum dolore inmobilis.

10 XIX Omnis curatio o*n*cumatum, id est bubonacium 100
haec erit. depones iumentum et contra locum causae aperies in longum dextra sinistra, ut medium fasciolum cutis pro magnitudinem semper tuberum remaneat. quodcunque iumentum adsidue suffundet, et curare voles, ne
15 nunquam suffundet, sic curabis. elid*i*to iumentum et in brachiolo venam extantem quo loco invenies, cutem contra se in directo venae ad duos digitos aperies et venam diplan*c*istrode inter nervos nimia subtilitate relevabis et alligabis sub *i*umenti ossum venam nervo, ita ut dia-
20 stima unius digiti in medio remaneat. et praecides ad 101
utriusque partes alligatura*e*, ne vena alligatura solvat medio unius digiti mensurae. auferes et reliquas partes et separatas colligatasqu*e* diligenter reli*n*ques et curabis vulnus, quomodo oportet. et sic alium similiter pedem
25 facies. curato observare, ne vena | colligata resolvatur, 110^{v} b
ne fluxu sanguinis periclitetur iumentum. quod si forte hoc evenerit, ut iam vena praecisa, sicut supra dixi, solvatur alligatura et fluxus sanguinis impetuose subsequatur, sic subvenies. venam ipsam longius quam praecisura 102
30 cum cute sarcolabida comprehendes, ita ut sanguis prae-

---

3 aneumtrisma ‖ 4 aneumtrisma ‖ 5 *fortasse* sanguis *traditum* | conspiratus (?) sanguis *Veg.*, *φλεβώδους ἀγγείου ἀνευρυσμὸς ἢ πνευματικῆς ὕλης παράσπορά Galen. XIX 441* ‖ 6 dilacione | atheromo ‖ 7 glacies: congeries *Veg.* | *sq.* sanglio inest quod: *corr. Veg.* ‖ 10 ocumatum ‖ 15 elido ‖ 16 braciolo ‖ 18 diplantistrode: typlodiplangistris *B*, *cf. supra 73* ‖ 19 subsumenti ‖ 21 a ligatura ‖ 23 quae: *corr. B* | reliques

cludatur, et relevabis a nervis sive suspendis in altum et secus sarcolabida acum traicies cum ipsam cutem ossum, ita ut totam venam praecingas. aciola nervis conligas et constringes, ita ut fluxum sanguinis praecidas. deinde religabis partes extremae venae secus ipsam *praeci-*
103 suram in aciola nervi, sicut supra dixi. cum venae colligaveris, ne resolvi possit, solves illam fibulam in cutem, quam colligaveras. emendabis periculum *in* emoroide. hoc ubique in omni loco venae praeruptae sic faciendum demonstro. superius autem in brachiolo venas intercisas, quomodo demonstravi, vulnerata nunquam suffundet iumentum, cui hoc factum fuerit.

104 XX Alii sic dixerunt fieri oportere, ne umquam suffundat propter emoroidas sanguinis. cum factum est in tempore, cicatrix constricta non patietur sanguinis transitum fieri in recenti. postmodum tenuat cicatrix venae et latior fiet *et* transitum sanguinis admittet. [et] quare haec cura non per longum tempus, non prodest. quae cura intercisionis venarum quoquo loco faciendum praecipio, ut superius demonstravi. illa enim cura venarum certa est.

105 quodcunque iumentum flemina in genibus habuerit, sic curabis. sagitta flemen effundes et lasar cum aceto, lanulam madidam in eas plagas subicies et spongia*m* cum posca A*f*ram et lasar super genua impones. tertio die solves et lanula eximes et curabis tetrafarmaco per dies numero V. sanum fiet. si fluxum humoris et clodi*g*o persequetur, cataplasmabis, donec humor et impetus et
106 clodigo desiniat. deinde fenugraecum coctum ex mero bene trito induces in panno et impones. vel si fluxus humoris non desinuerit, linteola et cortice mal*i* in se
111[r]a cocta teres et impones. | cum coeperit melius habere, malagma diacylon impones. sanum fiet.

---

2 cum: sub? ‖ 3 aciola = acu; *an* acicla = acicula? *B* ‖ 5 recisuram: *corr. L* ‖ 6 nervis *B* ‖ 8 memoroyde: = *αἱμοῤῥοΐδι* ‖ 17 et *prius supplevi, secundum del. B* ‖ 18 [non] prodest? ‖ 22 *Veg. III 48, 8*; *infra 590*; *Pelag. 193* ‖ 23 spongia ‖ 24 agram: *corr. infra* ‖ 26 clodico ‖ 30 male ‖ 32 dyacilon: = *διὰ χυλῶν*

XXI Alii dixerunt. flemen effusum sagitta in con- 107
tinentia causticum in genua impones. et in via praemittere debere et hac re sanari dixerunt, sic curari flemina. cauterio ciprino candenti duobus punctis contra genu ipsa tubercula fleminis praerumpere et flemen effundere. licinium tortum in crinicula cum axungia, aceto et oleo satiato, per ea foramina ustionis traicere lemniscum et curare cataplasma et fenugraeco, sicut supra dixi, ut nec ferbura desinat et saniam faciat. cum usta ceciderint et 108
genus et impetu tumoris siccaverit, eximes lemniscum et curabis medicamento vulneribus competen*ti*. hac re sana fient. alii dixerunt flemina in recenti sic curari posse. [si] farina a pistore iam infermentata cum sinopide et aceto et lasar, mixta omnia ut malagma in pannum ducta et inposita, flemen exugere dixerunt et sanari posse. alii pilas †marinas concarptas cum aceto et sale maceratas 109
et fleminibus impositas dixerunt flemen ex ea re dissugi *et* adsiccari posse. alii caldum imponere in genuis propter flemina. genus cataplasmabis, quod caldum in dinamidia monstratur. ob tamen caldum in flemina et aquatilia impositum sanari dixerunt. ego attamen curam superiorem facere beneficio et experimentum curae habeo. quam curam magis fleminibus adhiberi praecipio.

XXII Quodcunque iumentum marmur in genibus ha- 110
buerit. ex quo validius clodice*t* et genua flectere vix possit. post ustionis curam oportet et post fervuram malagma cu*p*ressina inponere et vulnera medicamento curare. hac re sani fiunt, ita ut sine dolore calce*t*. deformitas tamen et cinesis causae perauferri non potest. | 111^{r}b

XXIII Si mallone in genibus fecerit. quod fieri solet 111

---

1 sagittam ⟨inicies⟩ in? ‖ 3 ⟨alii⟩ dixerunt *B* ‖ 6 lucinium ‖ 8 ut nec: donec? *cf. supra 62; 86; infra 112* ‖ 10 ex impetu? ‖ 11 competentibus: *corr. B* ‖ 13 si *del. B* ‖ 16 pilas tamaricias? ‖ 17 redissugie ‖ 19 genus cataplasmatis *B* | dinamidia: *infra 914* ‖ 20 tramen caldum *B* ‖ 22 facere bene dico *B* ‖ 24 *Veg. III 48, 9* ‖ 25 clodice ‖ 27 cubresina ‖ 28 calces ‖ 29 ⟨sem⟩per *vel* ⟨sae⟩pe auferri *B*, per ⟨curationem⟩ *W* ‖ 30 *Veg. III 48, 10*

et *a* profluvio sanguinis aut a contusione genuorum. sic intelligis. ipsa genua contra extumi*dio*ra fient et tumor flactius erit et tractibilis sine dolore. ex quo nec clodice*t*. sed de ea causa si non in recentia auferatur, *melce*ridas faciet, et simili causa marmoris nutriuntur. sic eum curabis. aperies in *pedibus* dextra sinistra, similiter in
112 genibus, quomodo in flemina superius demonstravi. lemniscum traicies cum aceto et sale et oleo, supra cataplasma imponis, donec fervura desinat et saniem faciat. sequentibus autem diebus reumaticum docet cura. simili modo repurget, postmodum lemniscos eximito et malagma perductilem imponito et noli triduo solvere. tertio autem die solvito et rursum renovato. similiter facito, donec sanum fiat.

113 XXIV Quodcunque iumentum genua arcuaverit. quod fit a labore ponderum. ex qua causa valde claudicet laborans, dolori portari se non facile potest, ad manducandum se proinde subicit. sic eum curabis. urito decusatim genua incontra, puncta in se locis eminentibus interponito et latera dextra sinistra, qu*a* parte de retro nervos ne tetigeris. cum bene usseris, linito ab axungia veteri cocta. et supra lanam succidam cum aceto et oleo satiatam imponito et conligato fasciolis genua.

LIBER III.

114

1 de febribus
2 de coactionibus
3 de maleos
4 de organo ventris

---

1 ad ‖ 2 extumiora flent ‖ 3 flactius = flatius | tractabilis? | clodice ‖ 4 macidas: *intellego* μελιχηρίδας ‖ 6 genibus: in pedibus sive genibus *Veg.* ‖ 19 in se = simul, *i. e.* coniuncta *B* ‖ 20 ad latera? | quae ‖ 21 useris ‖ 23 *subscr.* Chironi centauri veteriniani de permixtis passionibus liber secundus explicit incipit liber tertius

5 de sincomate
6 de impressione sanguinis
7 de sanguinis molestatione
8 de sanguinis detractione
9 de quibuscunque valitudinibus
10 de capitis valitudine
11 de cerebro commoto
12 de capitis dolore
13 de capitis dolore
14 de capitis dolore
15 de capitis morbo
16 de capitis morbo
17 de distensione
18 de apioso
19 de insania
20 de insania
21 de insania
22 de insania
23 de insania | 111ᵛa

I. Si iumentum febricitare coeperit, signa erunt haec. **115** caput demissum habebit, quod adlevare a terra non potest, et oculis adopertis erit et labiis demissis, totius corporis confusio et gravitas insequitur, ut testiculi demissi, totumque corpus *ca*loribus repletum fervescit, ipsum quoque suspiramentum similiter fervens est et gravis, subnat*at* et statim genua subsultat. quod si educitur in ambulandum, deficit, similiter et sub iugo retro se magis conferet. et si coactus fuerit, tempus illum prodit subnatans toto corpore, proicit se subinde nec adversus volutare potest. haec sunt huius morbi sequentia **116**

---

3 molestione ‖ 20 *H 1 Veg. II 1 Pelag.* 33 ‖ 22 adopertis: *δυσδιανοίκτους*, apertis *Veg. falso* ‖ 23 ut = *ὁμοίως καί* | dimissi ‖ 24 adoribus: *corr. Veg.; minus placet* adoribus ‖ 26 subnatet statim: *suppl. B*; incessus nutans *Veg.* ‖ 29 *κλίνεται κατὰ πλάτος κυλίεσθαί τε οὐ δύναται*

signa, quae contingunt ex magno labore et frigore, cursu demissionum quadrupedum in certamine plerumque et ex perfrictionibus et ex sudoribus. aliquando tamen et ex cruditate contingunt, tunc cum herba nova inmoderationem sentiunt. tunc enim omnis esca viridis et aqua plena in partem cruditatis se convertit et difficiliter coquitur.
117 quod vitium hac ratione debet curari, quod infra scriptum est. sanguinis emissionem facies ex temporibus aut ex ipsa facie. abstinere oportet ab omni esca prima die, debibet tantum, subinde pusillum porrigito. item inambulationibus levibus uti debebit. calidis quoque locis ad continendam curationem gurabis eum. cum coeperit
111ᵛb melior esse, | minutatim mixtam escam porrigito, si dictaverit ipsum tempus. quod si locus non fuerit dandi, sumito ordeum et macerato ipsumque granum tanquam
118 ptisanam remitte, quod initio febris pusillum dabis. frequenter quidem et sine febre demissum caput habebit, genibus subsaltat et, cum procubuit, dilatatur. hunc autem sic cognosces sine febre esse: sine inhabilitatione [in]escam suam conficit. tantummodo hoc intelligis, quia tunc pars laboris in eo remansit. nam qui febricitat, nullam escam petit et statim tristem adfert aspectum, tantummodo
119 potionem desiderat. nunquam tamen subnervales illius venas tetigeris ferro, ne sanguine eas inanies et nervos eius eviries. contingit enim plerumque contractionem eis fieri, qui et subinde ad terram se proicit, ex qua se levare vix possit, et statim se morbus in contrarium vertit, et sic contingit vitae periculum eis fieri. nam qui febricitant, a primo die usque ad tertium durant, quia plu-
120 res efficere non possunt. sunt autem ali, qui auriculam prendent iumento et latera scrutant et sub humeros et

---

2 demissorum *M* ‖ 4 hebano de: *corr. B* ‖ 10 debebit: *μόνου τοῦ πόματος κατὰ μικρὸν διδομένου* ‖ 12 continuandam *M* | curabis: *intellego* gyrabis, *cf. p. 39, 24* ‖ 16 tpisanam ‖ 17 dimissum ‖ 18 *ἀναπεσὼν πλατύνεται* ‖ 19 inhabitatione: *corr. M* | in *delevi ut διττόν* | 24 tetigerit | inanisset ‖ 26 alteram: *corr. M*

sub cubita et statim dicunt iumentum febricitare. hi omnes mendum adferent. nullam enim demonstrationem eius viti ex istis tractationibus intelligere possunt. hoc quoque non debes: eorum, qui a labore signa adferunt, eis sanguinem mittere. detracta enim omnium virium [utrum] plenitudine facilius eis noces. nam his, qui febricitat, necesse erit sanguis eis detrahetur de his venis, de quibus superius dictum est, ab hoc quia totum caput febri continetur.

defatigationibus et febris signa erunt haec. oculi sub- 121
lacrimantes erunt et tanquam suffusi sanguinem, praeterea spiritum crebrius agit et feni odium faciet, qui hoc morbo tenetur. si a lassitudine eius febricitare coeperit, consimilis morbus erit. quare admodum in prioribus demonstravi.

nunquam mutat signa haec. aspicies oculos lacrimantes et caliginem inducentes, sanguinei sunt, et iumentum calidum exspuet et reliquum corpus calefit | et cuius 112ra
testiculi labunt.

si febricitare coeperit, sicut FARNAX disputavit, signa 122
erunt haec. venae omnes salibunt, graviter auriculae fervent et os fervebit et lingua naribus sublata erit et totum corpus calorem plenum, nonnunquam et tussiet. si febricitare coeperit iumentum, signa erunt haec. gurationibus adgravabitur et gracilis fiet ac passive ambulabit et praeferet horridum caput adtendens et in obliquo inambulabit et rigidam caudam habebit.

et si febricitabit, dentibus strident et spumam de 123
ore eiciet, calidum exspuet et corpus totum fervidum

---

1 cubite | haec ‖ 3 eis ‖ 4 debet ‖ 6 plenitudinem facilimis eis nosse: *corr. B*, facillimum est eis nocere *ipse temptaveram*: *προσκαθαιροῦντες γὰρ τὴν δύναμιν εὐχερῶς ἀδικήσομεν* ‖ 8 ob hoc *B* ‖ 10 *Veg. II 2* | de fagationibus ‖ 12 agitet ‖ 14 quam rem? quemadmodum *B* ‖ 19 labunt = labuntur ‖ 22 hos | ligua ‖ 24 hac | curacionibus: *correxi, cf. p. 38, 12* ‖ 25 ambulavit | orre dum ‖ 26 in ambulavit ‖ 28 *H 6, 19* | febricitata ut

habet et testiculi eius tumebunt et venae omnes sali*bunt*, nam plenae omnes sunt sanguine et extumidae sunt.

124 de febribus interaneis sic FARNAX scripsit. si iumentum ab interioribus febricitat, haec signa erunt. cibum non tam modum solitum accipiet nec facile dormiet nec tam libenter bibet et nonnunquam ilia subducit. si nares mundos habuerit, ita in illo spes erit vivendi.

125 POLICLETUS demonstrat. si quod iumentum interaneam febrem habuerit, sic intelliges. cottidie deterior fiet. hoc est maleos, quod dicitur, subcutem. qui ostendit furunculos in dorsu et quos in lateribus habent. hoc est, quod dicitur, tussim subcutem his esse morbu*m*. unde iumenta aut boves deprehenduntur et moriuntur. sic eum curabis. sanguinem emittito de cervice. si non profecerit, potionem dato l*o*teum humanum et arietinum et sic potionem dato.

126 POLICLETI. si cui iumento febris molesta fuerit autumno, signa sunt haec. auscitatur, oculi lacrimantur et toto corpore calebit nec cibus illum iuvabit. et si *in*sanus factus fuerit, necesse est ab eo morbo pereat. sic eum curato. sanguinem emittito de cervice, vel quomodo tempus anni fuerit, vel tertio gradu de palato sanguinem emittito. potionem ei componito hanc. herbam a . . . . trixaginem sestarium unum, draganti pondo uncia. haec omnia
112^{r}b pisabis in pila lignea et cribello cernes et ex aqua mulsa | et oleo potionato. sic sanum fiet.

127 POLICLETUS. si quod iumentum aestate concaluerit, signa haec erunt. totus sudat, satagit in*guine* demisso et totum caput erigit et transversus ambulabit. sic eum curato. de coda ex mediana vena metito plus tres digitos ab ano aut 4^{or} et ei inde sanguinem emittito. s*i*

---

1 salivum ‖ 8 *Veg. II 3* | olicletus ‖ 12 hii esse morbus ‖ 15 luteum ‖ 16 *cf. Veg. II 4* ‖ 17 auscitatur = oscitatur ‖ 19 sanus: *suppl. L* ‖ 22 rosarum ana unciam *suppl. Veg.* ‖ 23 sistarium *sic* ‖ 25 *Veg. II 5* ‖ 27 invio *sic*: inguino *vel* inguina? | sataget salientibus venis, naturam mincturo similis demittit ad terram *Veg.* ‖ 29 quoda: coxa *Veg. falso* ‖ 30 sic: si autem non inveneris *Veg.*

non invenies, de cervice mittito. cui si citius succurreris, sanum fiet. sunt enim aliqua iumenta impatientia. 128
hos autem sic curato. ex herbis potionem dabis portulacam manum plenam et ex hoc suco linito in uno, pisato tragantum si*mu*l et tus et suci s. s. et exprimito sucum et rosam Campanam et ex eo potionem dato. si hoc non proficerit, non nimis caram sic potionato. si minus, ex aqua mulsa facito. sic tamen non minus dato, quod supra scriptum est. sanum fiet.

POLICLETI. si equa praegnax febricitabit, haec signa 129
ostendet. tardius iter ambulat et caput ad terram feret, toto corpore calet. sic eam curato. sanguinem mittito cotulam unam de crura. si videris lassiorem esse, non tangere, ne fatigatiorem eam facies. sic potionem dato: herbam argimoniam, dragantum, ysopum, trixaginem, tamaricium, tragoriganum transmarinum, mag*m*a croci, aristologiam.

si aestate languebit, trixaginem et argimoniam vi- 130
ridem contrito in pila, colligato, ut supra scriptum est, facito, tragantum idem infundito, quomodo s. s. est. *s*i hi*b*erno vel quoquo tempore id quod s. s., hibernalem aridam facito et conterito et misceto, dato per narem sinistram. sanum fiet.

POLICLETI. si iumentum a lassitudine, hoc est a la- 131
bore lassum febrem habuerit. aestate plurimum sentiunt, qui onera magna ferunt. sic eum curato. sanguinem emittito de cervice, minus de palato tertio gradu: sic tamen, si corpus eius permiserit. potionem dato . . ʒ et oleo obolum. sic sanum fiet.

SOTIONIS. de febricitantibus intellectus et cura febrici- 132
tantium omnium, qui sunt | ungulae rotundae. cum 112ᵛa
autem a labore febricitant aut frigore vel aliunde [cum

---

1 non *addidi* ‖ 5 sil' *sic* ‖ 7 potionem non satis grandem *Veg.* ‖ 16 tramaricium | magina ‖ 19 contrito = conterito ‖ 20 facito: *sc.* potionem | *sq.* mihi verno: *corr. Veg. II 6, 1* ‖ 26 mangna

autem a labore febricitant], genus per hanc rationem intelligimus. oculos habebit demersos et assidue gravem spiritum dabit et subito universum fervidum corpus habebit et testibus demissis erit, interdum et tumentes eos sumit et aliquando etiam naturam, solet et terram pedibus pulsare, sed de renibus gravatur. praeterea et
133 supra veniet fastidium. intelligitur ergo et curabitur sic: abstinentia diei et coperire etiam, ne algeat, et sitienti dare ei potum tepidum et perungere vino et oleo mixtis tepidis corpus universum. inanies etiam ventrem. si non reddiderit ad praedicta, duces stercora, quae in ano sint. sanguine emittere etiam de capite debes, quibus facile potest auferri iusta emissione. nec plus abstuleris: incidas animali viriculas. deinde ambulet et alio die ambulandum ducere et dare herbam mollem coelotum.
134 SOTIONIS. si a labore aut spisso cursu febricitaverit, aut calore aut frigore aut plenitudine deambulat, si a via avide biberit aut cibum acceperit, intelligitur hoc modo. oculos pinguiores habere videbitur, anhelat, nares adaperit, testes collectos habet et capitibus ungularum ingreditur et convertere se non potest, posterioribus pedibus facilius portatur et prioribus claudicat et percussionem inspicere mollior. ergo per quemquem intelli-
135 gitur hac ratione. curatur autem haec passio emissione sanguinis divisis deiuxta tempora *et* supercilia venis aut ex his iuxta naturam, quae sunt caudae interiore parte, quae est iuxta lumbos, longius ab ano digitis 4^or^. auferes tamen sanguinem secundum vires animalis et de prioribus pedibus iuxta ungulam partes in apparenti venenata vena deintro, et foris lavare calida et †in abstinere a cibo. alia die herbam, quae praesens fuerit, aut molle gramen, lo-
136 cum quantum ceperit. abstineto eum a cibis. susternentes

---

4 dimissis ‖ 5 naturam = *αἰδοῖον* ‖ 12 debet ‖ 14 viriculas= vires ‖ 15 ad ambulandum? | coelotum = *κοιλιολντικόν* ‖ 17 dum ambulat *B* ‖ 18 abi de | cisum ‖ 19 piguiores | naras ‖ 21 *Veg. II 2* ‖ 25 divisa | et *addidi* ‖ 30 labare | in: eum? ‖ 31 herbam: *sc.* dato | gramen lotum *B ex p. 43, 28* ‖ 32 substernes et?

aliquid ex his, quae | mollitia praestant, ut diligenter 112ᵛb
iaceant. et genua eius calfacere spongiola vel calida et post triduo herbam non multam dare, etiam ordiaceam aut triticeam farinam cum aqua mixta, caput similiter aqua tepida vaporare. alia die aqua calida lavato, et cum defricueris, descende et copertum dimitte horis tribus aut 4^or^, deinde abicere cum operimentis, sic in locum aequalem postea producere ad deambulandum et sinire pascere.

SOTIONIS. a plenitudine cibi febricitantium. si au- **137**
tem a plenitudine cibi febricitaverit, sic apparebit. fit enim spiritui ductus gravissimus, nares aperti divisi, ruina laterum a cadendo. cur*a*re autem debemus emissione sanguinis et siticulosum facere potum non afferendo nec permodicum, et non continuum sed paulatim ordei et tritici et aliorum consparsorum per potum dare.

SOTIONIS. febricitantium per epiforam aliquam in pa- **138**
lato vel faucibus. si autem febricitaverit per epiforam aliquam in palato vel tussillis, habebit signa clarissima. similiter etiam et qui per laborem febricitaverit. adiutoriis utemur concalfacientes et coperientes defricabimus interiora ex melle et sale cum origano tritis mixto oleo modico, inducere etiam in aqua usque ad genua, os etiam defricare herba brionia aut terra a fictiliario aut tor-
refactum ordeum dato. *aut* simpliciter non dare, ne **139**
asperitudo fructum incitet gingibas aut febrem aut alia per corpus passionis. cum autem biduum aut triduum transierit, dare herbam aut molle gramen lotum nempe ieiuno, ne deficiant. dare etiam bibere pusillum non continuum et intermittentem p*ro*ducere caute et bolutationes et urinam provocare. cum autem melius habuerit, dare ordeum aspersum adiectionem cottidianis diebus facientes, et c*i*bi similiter. sed emissiones sanguinis non sunt faciendae, ne aliqua re vires animalis minuantur.

---

6 ascende? ‖ 13 currere ‖ 19 tussillis = tonsillis ‖ 25 autem ‖ 30 perducere | bolutationes = *βόλιτα* ‖ 33 civi

saepe enim quibus auctoribus utimur, reperi illos facientes.
140 et in impetu eius convertuntur. qui autem hoc modo vexatur et non febricitat, gravidinem capitis patitur, cum inclinabit caput, habebit et li*n*guam asperam, os humidum, cervicem extensam, caudam rectam et duram, oculos pitui-
113[r]a tantes concavos | et subductos humidos, suspirium gravem et calidum, corpus etiam totum calidum. ad hoc aptum erit hoc medicamentum: origanum et sale, murra et
141 *ru*tam agrestem et mel et oleum. haec commixta teres in mortario et confricato os animalis diligenter. debes autem os aperire cottidie, ne fleumata glutiat aut illi in ore permaneant, sed profluant. si autem non audiet, adaperies flobotomo aut scalpello dieresin palato faciens iuxta caninos dentes. si autem [non] protricaverit et permanserit haec passio, ei emissionem sanguinis de ipso palato et de venis facies, quae sunt iuxta tempora et maxillis, et de cervice venas adaperies ex ambabus partibus et de humeris et de ilia et prioribus pedibus [pullo] paulo superius quam genu et de his venis, quae in ex-
142 tremo aurium finiuntur. adaperire etiam et illas sublatas et pertendentes et dirigentes a collo usque ad femora venas necesse est febricitantis quidem et non febricitantis, adaper*i*re palatum flobotomo aut scalpello, sicut supra dictum est, ex maxillas et de fronte, adhuc etiam et de superciliis. claudicanti etiam de pede sanguinem auferri oportet et venas adaperire et diligenter attendere, ne supra modum sanguis profluat, quod emorigia appellatur. si emorigia fuerit, uti medicamento ischemo, quod appellatur, sic: apii radices et tragonicis, murra et alumen. succendes omnia, teres, sparges hinc hoc pulvere.
143 si quod iumentum a plectura febricitaverit, naribus spiritum ducit, ilia valde et plena iactabit, *h*alitus fervens

---

2 et: sed? ‖ 4 inclinavit | liguam ‖ 9 unam: uvam? ‖ 10 debet ‖ 11 fleumata = flegmata ‖ 13 dieres in palato ‖ 14 non *delevi*: nunc? ‖ 23 adaperiere ‖ 28 hishemo: *intellego* *ἰσχαίμῳ* ‖ 31 *Veg. II 7* | plectura = *πληθώρη* ‖ 32 iactavit ‖ alitus

erit et olidus, venam crebrius salientem cognosces, spinam facilius dabit, vultus atrocior erit. si quis a te quaerit, quare facilius spinam det, quam qui a perfrictione febricitat, reddas rationem, ideo quia omnia membra magnis caloribus solvuntur, frigore constringuntur. sic eum curabis. sanguinem de cervice copiosum emittito et aceto acro subinde nares confricato: copiosum sternutat. et cum tibi satis visum fuerit exisse sanguinis, fibulam oppones. ne minus | ut semihora ambulet. illo die iumen- **144** 113^{r}b tum abstineto ab aqua, ne nimis bibat. sic tamen detrahitur et abstineto, prout corpus habuerit. postero die potionem dabis: ysopi pondo qua*d*ran., costi pondo *s*extan., apii viridis pondo trien., ficus duplices III ℥. deinde haec omnia in ollam novam congialem, quam aqua inplebis, decoqu*e*s ad tertias et eminam tepidi per cornum dabis. hoc per triduo curabis dare ieiuno. perunges eum acetum et rosam partem dimidiam, in qua **145** adicies, si calor fuerit et habueris, portulacam viridem, contundito et miscito; si non habueris, pulegium. idem facito hoc triduo. in eandem potionem dato pastillum, quod in compositionem habes, ex aqua mulsa dabis. si cibaria non appetet, et per cornum dabis pollinem ex aqua tepida, quantum potueris, vel offas e*x* farina triticia et lacte conspersa*s* vel ex aqua tepida novenas diurnas dabis. sic appetet. cibariam minimissime dato. facito, ut dormiat. solent alii ad causam et in suspirium et in farcimen converti, si detractionem sanguinis non feceris.

CHIRONIS CENTAURI. febricitantis et periclitantis mori- **146** turi signa haec erunt. fixus immobilis tristis stat deiecto capite, labiis demissis, oculis ad*o*pertis vel tensis, auribus immobilibus, naribus spiritum crebre ducit et ilia in-

---

1 olidus: aridus *Veg. perperam* ‖ 2 dabit: flectit *Veg.* ‖ 5 solvuuntur ‖ 12 quaran: = quadrantis ‖ 13 extan: = sextantis | trien: = trientis | ℥ = drachmas ‖ 15 de quoqus ‖ 23 et ‖ 24 conspersa ‖ 25 cibaria minimissima? minutissima *L* ‖ 29 *in marg.* signa mortalia in animalibus ‖ 30 adapertis

trorsus subducit, totus gravato corpore stans in obliquo nec caput suum portare potest. huic li*n*gua, labia, palatum li*v*et et os putet et testibus deiectis erit, anhelans et suspirans graviter, genua subagitat, *vena* posterini cubitum sinistri lateris et co*r* crebre saliens, cui cauda so-
147 luta praependet, anus introrsus fugit. quod prius intelligas, cui muscae multae super tergus insident. iam habet enim et alienatam mentem. mortis signa demonstrat. hic tardius ingreditur. si eum producere voles, genibus et musculis tremens prodiet, subnatans toto corpore, nulla re intendens, qui *nec* cibum nec potum appetit. talem ergo desperato.
113ᵛa 148 II CHIRONIS CENTAURI. *coac*tio est | inimica corporis iumentorum et multarum valitudinum mater, per quam totius corporis *coac*tio, id est consumptio nascitur. per longam continuationem itineris et laboris, per indigestionem a*ut* nimi*am* fam*em* macies et sintexis nascitur. ex qua re contingit cutem in corpore strictiorem fieri, et pilus horridior ad costas cohaerens. unde et nervi totius corporis constringuntur ex ipso labore, ex quo et tempora cavata fiunt et oculi depressi. cui contingit per stricturam tergus difficiliter reddere. ex qua causa de folliculo
149 urinam faciunt et difficiliter *b*olutat. cum enim coactum iumentum itinere vel labore plurimis diebus defatigatum non bibit aut non edidit vel aestuavit aut perfrixit, statim totius corporis compago et interiorum dispo*sitio* per fatigationem nimiam invalida fiet ex imbecillitate omnium membrorum, quam sentiunt. unde nec corpus resumere potest. quae passio coactio dicitur, quod a labore et cogendo contingit et ex primitione et ex supra scriptis rebus. quod si venerit aliqua causa ex rebus his, plus ad nocendum abundare . . .

---

2 ligua ‖ 3 libet: *corr. M* ‖ 4 genua: *correxi quadamtenus ex 445* vena posterinis cubitum sinistri cordis variis pulsibus solide pulsabit ‖ 5 concrebre: *corr. B* ‖ 11 nec *addidi* ‖ 12 *Veg. II 9* | quaestio ‖ 14 calestio: *corr. M* ‖ 16 *cf. Veg. IV 1, 11* | indigestionem animi famis ‖ 17 pilu ‖ 21 reddere: *i. e.* flectere ‖ 22 volutat: = stercorat, *cf.* bolutationes *p. 43, 30* ‖ 25 dispō *sic* ‖ 29 primitione = pressione ‖ 31 ⟨liquet. qua re⟩ *B*

alias quoque passiones et valitudines et ex quibus **150**
causis eveniant, scire oportet. ex nimia enim supra
modum emissione et conamento pulmonis tensio contingit.
unde et sanguis per nares profluet ex alto, et ictu plaga-
rum tensio omenti et interaneorum facile eveniet *et* ex onera
gravia et conamenta long*i* itineris. iocineris tensio vel
vitium tumoris accedit. ex *a*estua*t*io pulmonis et contractio
et vomica et suspirium, tussis cum purulento profluvio,
gravido, febris, insania, e*x* aestuatio capitis dolor con-
tingunt. ex frigore vitia similiter pulmonis, tussis arida, **151**
sintessis fiunt et cori*a*ginosi, *tetanici*, *o*pistotoni, roborisi.
ex inanitate longi itineris bulimus *et* de*f*ectio idemqu*e*
aestuatio eveniet. e*x* sudore aut ex praecipitatione potii
vel vini nascuntur suffusio, febris, spasmus, tumor in
cruribus.

harum omnium causarum singularum signa et cura-
tiones inferius demonstrantur. coactionis enim ratio et
cura demonstranda est | 113^{v}b

CHIRONIS CENTAURI, sicut supra dictum est. item **152**
signa vitiorum intelligere, unde quaeque oriuntur omni-
bus subiugalibus, maxime ex quo et morbidi fiunt: ex
defectione aut ex feno aut ex frigore aut ex alta aliqua
plectoria. rursus vitia haec fiunt, cum defatigatum iu-
mentum non bibat aut non edidit aut perfrixit. ita ex
frigore fiunt opistotoni, podagrici, tussici aut nascitur
gravedo, febris, insania, capitis dolor. ex sudore autem
nascitur tumor in cruribus, suffusio, febris, insania, spas-
mus, tussis. eorum omnium morborum signa et curationes **153**
scire oportet. ad unamquamque rem si*mul* quaestione
vel lectione veniendum est. non enim similiter iumenta
atque homines, equus atque asinus, femina sive masculus

---

1 alias *corr. ex* alices ‖ 5 et *addidi* ‖ 6 longe ‖ 7 accedit = accidit | ea estu absio: ex aestu lapsio *B* ‖ 9 ex *ego*: et ‖ 11 coriziginosi et amtio epistotoni | roborisi = roborosi ‖ 12 ea deiecti: *corr. B* | quae ‖ 13 et ‖ 19 *Veg. II 10* | Cyronis ‖ 20 *in margine* non bene ‖ 29 ⁊ᵗ *sic*

vel muli curantur. propter fatigationem utimur his . . . †subveniri possit. et urere oportebit enim [in omnibus signis morborum], sicut supra scriptum est. multis enim morbis ustionem necessaria res est, per quam ustionem vitia insanabilia evinci possunt. omnia autem vitia ex hac coactio quae oriuntur, multis aliis signis, verissime intelli*guntur* humore per naribus profluente. ut scias, qualis
154 ex quibus causis humor profluat. humorem ergo per naribus profluentem intelligere oportet cuique iumento propter imminentes coactionem valitudines intelligendas et curandas profluere. ut scias, ex qua parte corporis vel ex quibus valitudinibus humor per naribus profluat. acutissime ergo hanc doctrinam intelligere oportet. a cerebro capitis ex oneratione venit multa pituita crassa et spissa, a perfrictione humor erit tenuis, aquaticus et
155 frigidus. ex qua re fiunt coriaginosi et tetanici et tussici. a tolib*us* et glandolis et arteriis humor erit candidus et viscosus. ex qua re fit fastidium et faucium praefocatio et *s*inan*c*e. a pulmone humor crassus, sanguilentus et male odoratus et colore pallido. ex qua causa fiunt periple*u*-
156 monici, vomicosi, orto*pn*oici et tussici. a morbo venit humor multus et crassus, pallidus, catar*r*o*i*cus, profluvius Atticus, suspiriosus, articularis. ab iocinere umor erit
114[r] a luridus et viridis, non valde crassus neque | olidus. ex qua re fiunt sintectici *et* ydropici. [et] ex quo perniciosa oritur a febribus veteribus causis ex errore veterinariorum. qui n*e* quidem error alicuius passionis veterinario ignoranti obstripiat, hanc doctrinam s. s. diligenter tenere oportet.

157 ABSYRTUS de coactionibus. si equus de via coactus venerit, sic intelligis. oculi ei intro erunt sive versabuntur et spirat calidum crebre et oculos tensos habebit et

---

7 intell$^{\tilde{g}}$ *sic* ‖ 15 perfictone ‖ 17 tolibet *sic*: *corr. Veg.* ‖ 19 in ane: *corr. Veg.* | 20 periplomonici ‖ 21 ortothonici: *corr. Veg.* ‖ 22 catacroricus: *corr. B* ‖ 25 fiunt et | perniciosa = pernicies ‖ 27 nec ‖ 28 obstripiat = obstrepat ‖ 30 *Veg. II 10, 5*

auriculas et reliquum corpus extensum erit et suspirat graviter. sic eum curabis. abstinebis ab ordeo, ut non nimis accipiat et aquatam cibariam sumat. potionem dabis sic: ysopi pondo uncia, abrotonu pondo uncia, sam-
5 sucu pondo I, fenigraeci pondo I, lini seminis pondo II. haec omnia tusa et criblata in cacabo novo, ex aquaque sextarios sex admiscito, ficus duplices *IX* decoquantur ad dimidiam partem. haec omnia liquabis et admisces **158** vinum sextarios IIII et mellis eminam et piperis dragmam.
10 haec omnia mixta in uno rursum defervere facies. ex eo caldam potionem dabis pluribus diebus. haec potio et tussim lenit et corpus mirifice resumet, et sic sanum fiet.

si iumentum de via coactum veniet et suffusionem in pedibus habuerit, cave ne ei calido detractionem sanguinis
15 facias, nonnunquam enim solent ab interiorem partem moti esse et inde magis febricitare. itaque requietis sanguine detrahïto. potionem dato hanc. thuris masculi **159** dr̄ag̃. II, caprifici folia dr̄ag̃. I, piperis grana numero XV, fermenti ʒ III, croci 4^{tam} partem 379. haec omnia
20 bene trita in tres partes divides et ex posca iumentum potionatum triduo. si *hiems* fuerit, calda fomentato, *aestate* autem frigida. si tardius rectus factus fuerit, furfurem et resinam, his coctis dum fervet, in *ung*ulis impones non semel sed aliquotiens diurnum, donec rectus
25 ambulet. si nec sanus factus fuerit, semissabis eum de ungulis; facies, ut sanguis profluat, quod satis fuerit. vulnera curabis traumatico primo die usque in tertium, donec sanum fit.

FARNAX de lassitudine. si extra modum | lassescit, **160** 114^{r} b

---

1 curiculas: *corr. Veg.* ‖ 3 aquam tam: *corr. M* ‖ 4 abrotu: abrotani *infra 816 et Veg.* ‖ 5 sucu: sampsuchi *infra et Veg.* ‖ 6 aqua quae: ex aqua (*sc.* decoquantur), ⟨a⟩quae *B* ‖ 7 IX *add. Veg.* ‖ 13 *Veg. II 10, 8* ‖ 18 XV: XXV *Veg.* ‖ 19 *nota mihi obscura*: drachmae *Veg.* ‖ 20 ex post: expausatum *vel* exposcatum *Veg.* ‖ 21 hiems *Veg.*: genis; *non puto* genu *aut* gelus *latere* ‖ 22 aestate *Veg.*: state ‖ 23 vinculis: *corr. Veg.* ‖ 25 nec ⟨sic⟩? ‖ 27 vulnere ‖ 28 fiat *W* ‖ 29 *Veg. II 10, 10* | lascescit

signa erunt haec. gravabitur toto corpore, et posteriora crura inligata habebit non naturaliter. fovebis eum sic. posca et puleiu nares et totam faciem fovebis et panem et merum dabis, ut manducet. si resumpserit, *of*ferebis et lactucas vel gramen. potionabis eum sic. sucum ptisanae, defrictum, ova, oleum roseum. his omnibus admixtis per triduum dabis. deinde cum coeperit fortior esse, dabis potionem, quae s. s. curabis ordeum infusum siccatum cottidie in cibaria dare, donec fortior fiat. sic revocas ad pristinam fortitudinem cibar*ia*.

161 ABSIRTUS de lassitudinem. et hoc quidem docere oportet de iumento lasso, quod si ex usu et lassitudine id iumentum laboraverit, huic sanguis non oportebit detrahi; non enim venae huius laboraverunt, sed nervi. si quae itaque *c*eperint huius venas, qui ex lassitudine vexantur, horum statim nervi se contrahent. quotiens enim venae caldae locis suis continentur, tunc et nervos molliores praestant. oportebit autem eorum humeros et genua vino et oleo adfricare et manibus percatapsare totum iumentum, et non duro loco statu*e*re, sed ubi stercora sicca et molliora sunt posita. sicuti qu*i* validissime lassatus nimis labori fuerit, nec ordeum dare debeb*i*s. hoc autem in omnibus observabis.....

162 sed et hoc eum praeteri*t*, qui*a* operanti iumento *et suci*

---

4 auferebis: *corr. Veg.* || 5 et: ei *Veg.* || 6 defrictum = defrutum || 10 cibare: = *τῇ τροφῇ* || 11 *H 39, 19*; *Veg. II 10, 11* | *in marg.* non bene quod iumentum fatigatum non flobotomatur || 15 coeperint: = invaserint *B*, *an infinitivus velut* incidere *supplendus?* | *οὐ γὰρ τὰς φλέβας κοπιᾷ, ἀλλὰ τὰ νεῦρα. ἐὰν οὖν αὐτὰς νύξῃς, τὰ νεῦρα ἀποξηραίνεται*: ne iumento ex coactionis iniuria laboranti pulses venas calentes *Veg.* || 19 humero: *ὤμους καὶ τὰ σκέλη* || 20 stature || 21 *ἀλλ' ὅπου κόπρια ὑπόκειται ἢ ἄλλα ὑποβλήματα ἁπαλά* | nolliora | si utique *B* || 22 *ἐὰν δὲ ὑπέρτονος γένηται τῷ κόπῳ, μηδὲ δεῖπνον κριθάς* | quae || 23 debebus || 24 *sq.* praeter id qui operant iumento ex usu si segregat: *τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Εὐμήλῳ δεδήλωται. παρῆλθε δὲ αὐτὸν τοῦτο, ὅτι ὁδοιποροῦντος τοῦ ἵππου χωρίς εἰσιν οἱ ἰχῶρες καὶ οὐ μεμιγμένοι τῷ αἵματι*

se segregant ad sanguinis detractionem nec *nisi* requeto spurcities separaverit se a sanguine. sic similiter eos, quae febricitant, cognoscis, quorum caput ducitur usque ad terram. his ergo ex temporibus et ex ipsa parte sanguinem emittis, de posteriore autem parte eius sanguinis nequaquam detraxeris, contractionem enim patiuntur nervorum. nervus, qui est ad articulum lumborum totiusque corporis dominatorem, non naturaliter hoc sed et de huius morbi, qui appellatur maleos, causa solutus totus subiacet, qui totiens se . . . sanguinis ne emittitur. contingit autem **163** hoc frequenti et a cursione multa, ut iumentum evirietur, et his nec stare nec procumbere potest. quotiens ambulat, primis pedibus calcat, et venae in cruribus plenae sanguine erunt et tument ei crura. quibus necesse erit de coronis sanguinem detrahere, ut tumorem auferas.

III CHIRONIS CENTAURI capitulum 3um de morbo, qui **164** appellatur maleos, | quem quidam profluvium Atticum 114^{v} a vocaverunt. alii artritem hunc vocant graece, quod latine articularium dicitur, quem et alii [hunc morbum] suspirium dixerunt. non dubito et alios hunc morbum ex pluribus signis, quibus se demonst*rat* praemixtis demonstrationibus, aliis nominibus vocare incaute. morbus verissime vocatur maleos. ex quo morbo contagium patiuntur iumenta, quo*d*quod ungula rotunda calcant quidem. ergo morbus **165** maleus, corporis pestifera passio, corruptio*ne* sanguinis et spiritui oritur aut ex malo catastemate aeris, unde et maleos dicitur. simile est *in* iumenta maleos, ut pestis in hominibus, ut in bubus verago, ut in ovibus circius, ut in sues acceus, ut in canibus rabies. est autem maleus morbus nequam et incurabilis, qui et plures coinquinat, unde et contagium ab eo dictum est. hic enim maleos morbus

---

1 nec se: *corr. B* | requeto = requieto ‖ 2 spurcitiis: *corr. B* | si ‖ 5 emittit ‖ 10 se ⟨contrahet⟩, sanguis si emittitur? ‖ 14 *Veg. II 10, 12* ‖ 16 *infra 344 sq.* ‖ 18 *H 10* ‖ 20 *Veg. I 17, 4* ‖ 21 demōst˜ *sic* ‖ 22 *in marg.* hic morbus contagiosus ‖ 24 quo quod ‖ 25 corruptio ‖ 27 in *addidi* | *in marg.* non bene quod sit maleus

si evenerit, ut aliquod iumentum possideat in grege, et hic si non velocius separetur longinqua regione pascuae, illius gregis omnia iumenta coinquinat, et inde morbo
166 omnia consumit. ex qua re sollicite intelligendus est. multis enim generibus et ab similibus signis se demonstrat, unde plura nomina accepit pluribus auctoribus. cuicunque evenit apud veteres nostros, si iumentum incidisse*t* hunc morbum in grege, qui non solum curari non potuit, sed et similibus signis plura iumenta coinquinando morbo consumeret, et nomen huic morbo imposuerunt, similia signa passionis in corpore illius iumenti, ut quo facilius et ab aliis hic morbus intelligeretur et aggregare secerne-
167 retur. de quo nunquam promittit sanare, sed propter ceterorum magis corpora salvanda. in quibus praecipitur suffumigari ea iumenta, ubi hic morbus se demonstravit, rebus infra scriptis propter effugandum taetrum odorem illius morbi, ut rebus a*u*steris vel amaris praemixtis ceterorum corpora stagnanda ab hoc morbo liberari possint. ergo illa iumenta curare magis sollicite oportet per om-
168 nem diligentiam et potionibus infra scriptis. et quibuscunque aliqua suspectio in corpore inesse videtur, sanguinem
114^{v}b detrahimus, ut | possit a corporibus eorum illa coinquinatio morbi, levior quae fuerit, in sanguine abstrahi propter bonam valitudinem. sunt autem genera huius morbi maleos numero VII: humidus, aridus, succutanus, articularis, elefantiotes, subrenalis, farciminosus. haec ipsa signa similiter aliis signis divisa plures faciunt.

169 humidus est, cui de naribus muccitudo humoris effluit male odoratus et spissus, colore pallido. cuius et gravatur caput et stridet pectore, gracilis fiet et pilo horribili et tristem aspectum adferet. hic erit humidus, qui istis signis s. s. cognoscuntur, quem profluvium Atticum

---

7 incidisse ‖ 10 ⟨a⟩ similia? ‖ 11 iumentum ‖ 12 a grege? a gregale (*sc.* morbo) *L* ‖ 13 *Veg. I 17, 3* ‖ 17 absteris: *corr. B* ‖ 18 stangnada ‖ 21 suspicio *Veg. et infra* ‖ 24 *Veg. I 2*; *cf. infra 350* | *in marg.* quod genera maleos ‖ 28 *Veg. I 3*

dixerunt. cuicunque sanguilentus humor per nares profluet et croceus, morti proximat.

aridus haec facit signa. cui nullus humor per nares **170**
videtur profluere, suspirat graviter, nares extensos habebit et ilia introrsus adducit, cuius et tergus durum et contractum invenitur, et cibum recusat et multum bibet, propter quod ardorem siccum pulmonis patitur. tensis oculis in obliquum respicit nec se facile proiciet ad terram. quem suspirium vocant, qui nec pluribus diebus vivet, ut superius humidus.

succutanus autem signa ostendet alia. vulnera in **171**
corpore eius prodeunt scabie similia. ex quibus vulneribus humor effluit liquidus et viridis, qui hic statim in capite affundit et scalpere et parietibus se adfricare facit, et supra cetera vulnera urido stricta et aspera corticem facit. cui nullus humor per naribus ambulans invenitur, nec anhelans, nec cibum recusat. multum edet, libenter **172**
bibet et multo tempore vivet. ideoque de hoc aliquando aliqua liberantur. voluerunt quidam scabiem morbum succutanum dicere, ab eo quod singula signa ostendet, quae s. s. sunt. quidem et haec scabies contagium est, quae et ipsa plures coinquinat et tardius sanatur, sed necem gregi non infert. ideoque separavimus scabiem a maleos.

articularium sic cognoscimus per haec signa. clau- **173**
dicabit hic similiter pedibus alternis [alterius] ternis vel quaternis diebus, saepissime et plurissimis. claudicat ab articulis, demutat in singulis pedibus, cuius corium non destit, et tergus | similiter durum et contractum erit et **115ra**
pilo horridiori et recto et ab aspectu tristis erit. huic

---

2 cacrocius: crocinus? croco similis *Veg.* | proxima: *corr. B* ‖ 3 *Veg. I 4* ‖ 5 illa ‖ 10 bibet: insanabilem, nisi ab initio festina curatione subveneris *Veg.* ‖ 11 *Veg. I 5* ‖ 13 huic? ‖ 14 astundit: abundit *B* ‖ 15 ulcera corticem ducent *Veg.* ‖ 17 nec respuit potum *Veg.* ‖ 19 qd': quidem? ‖ 20 adeo: *corr. B* ‖ 24 *Veg. I 6*; *infra 344* ‖ 25 interdum paucis interdum plurimis diebus *Veg.* ‖ 27 denutat *L* ‖ 28 destit = distet *B*: ossibus astringitur cutis et ad tactum tractanti dura resistit *Veg.* ‖ 29 pilus erectus *Veg.*

perseverare solet clodimen in uno pede, quando in alternis
174 claudicet. cui nulla diligentia curae prodesse potest. hic similiter cibum non recusat et tempus ducit et cottidie deterior et macrior fiet ab eo, quod ad medullas eorum, qui maleos prenduntur, nihil ex cibo pervenit. quorum corrumpitur totum corpus ex sanguine. quae corruptio sanguinis ex vi huius morbi praecurrit et in medullas scapularum, et aeque cerebrum corrumpit ab indigestione. ipsam enim escam ad inferiorem scapularum locum accipit. propter quod comprehenditur caput similiter et pulmo,
175 ubi primum morbus se abscondit. ex qua re odore suo plures coinquinat, unde et ipsa curatio eorum insanabilis est. ideo autem hic morbus contingit in eis, propter quod omne iumentum, quod ungula solida calcant, fel non habent. fel enim si haberent, in quo humorem malignum totius corporis et perfrictionis longi temporis reciperent, nunquam in eos humor amarus, morborum pernicies, insideret aut medullas eorum perterebraret et
176 articularia signa ostenderet. ex qua re totum corpus et articuli laborant ab ustione propter laxationem posteriorum partium, ubi morbus operatur. qui facile equabus, id est feminae equae genere contingit, rarenter maribus, propter quod feminarum matrix ipsum concipit morbum. in qua per sanguinem morbus pro conceptu invalescit, propter quod tabescit a renibus, id est ab articulis lumborum, unde regitur. in qua passione nec cibum nec potum recusant et aspere tussiunt, vivunt per longum
177 tempus, tabescunt et sic moriuntur. quibus subvenitur per ustionem, si celeriter succurras. hic morbus similiter

---

2 *in marg.* non de claudicatione iumenti unius aut alterius pedis ‖ 7 exui: exitui? ‖ 9 ipsa ‖ 14 *in marg.* fel non habet ‖ 15 *συμβαίνει δὲ τοῦτο διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τῷ ζώῳ ἐπὶ τοῦ ἥπατος ἀγγεῖον, τὸ λεγόμενον χοληδόχον, ἀλλ' εἶναί τι νευρίον ἐκλελυμένον, ὃ ἀποδέχεται τοῦτον τὸν χυμὸν κἀκεῖθεν τὴν ἔκκρισιν ποιεῖται καὶ μίγνυσι τῷ αἵματι κτλ. H 10, 20; infra 345* ‖ 17 reciperet ‖ 21 operitur: *cf. p. 55, 27* ‖ 22 naribus | *sq.* genere . . . feminarum *in inferiore margine addita* ‖ 27 bibunt: *corr. B* ‖ 29 succarras

contingit in feminas propter sanguinis corruptionem et ipsius morbi, quod matricem earum magis prendat. unde et hoc verissime intelligimus per haec signa. corpus earum, id est verginalis, intumescit sine ulla vexatione, patidior fiet propter corruptionem et fervorem ipsius morbi, signa claudicationis ab ipsis posterioribus partibus demonstrat. inde manifeste intelliguntur a maleos prensi **178** esse, si sine dubitatione escam suam conficientes et bene bibentes deteriores corpore fiunt et tussiunt dure etiam, quam si putes in eius | pectore ossum asperum habere. 115^{r} b qui se difficiliter proiciunt ad terram, ideoque ad summum tergus manibus tractatum spinam difficiliter flectunt, propter stricturam nervorum et imbecillitatem totius corporis a morbo alienat*i*. unde et nulla curam f*a*ciunt. quibus tamen subveniri oportet morbidis omnibus sanguinis detractione et ustione subust*i*s.

iam de farciminoso incipiam. si farcimen *h*os tendere **179** coeperit, quod graece appellatur ferisoma. qui istis signis intelligitur. in latera et in coxis et in toto corpore collectiones nascuntur locis necessariis plerumque super comissuram. quae collectiones per se rumpunt et post plurimas eruptiones aliae renascuntur. et graciles fiunt. cibum et potum sine dubitatione libenter accipiunt, sed ad medullas eorum nihil pervenit. propter quod totius corporis gravitatem patiuntur. et hilarem aspectum adferunt, propter quod nulla pars corporis in eo vexata laborat nisi sanguis, in quo hic morbus operatur. unde intelligitur sanguinis cor- **180** ruptio esse, dum in se collectionem in corpore per proximas venas per saniem demonstrat. cum enim sanguis evagatur extra illum naturalem . . . et corrumpitur, fit sanies. ex qua re contingit *e*viriari. et quisque in hoc morbo inciderit, saepissime contingit eos liberari, vivunt enim longo tempore.

---

9 etiam: et tam *B* ‖ 11 *H 11, 33* ‖ 14 alienato | feciunt ‖ 16 subustus ‖ 17 *infra 364* | farcimenos: eos? ‖ 18 ferisoma: *περιττώματα δὲ λέγεται, ὃ ῥωμαϊστὶ καλοῦσι φαλκίνινα* (*lege φαρκίμινα*) *H 229, 10* ‖ 19 *Veg. I 7, cf. infra 364* ‖ 22 et graciles fiunt *pone post* patiuntur (*l. 25*) ‖ 30 *supple* statum ‖ 31 viriari

quos sic curari oportet. huic sanguinem detrahere non oportet in novissimo, sed in initio deplendus erit. con-
181 tingit enim eos eviriari. illas enim eruptiones et partem sanguinis et per saniem evomendo auferunt. quas collectiones cauterio etiam ciprino candenti erumpere oportet. quae vulnera pice liquida cum oleo et melle mixto curantur potionibus catarticis vel nimis amarioribus. quos oportet sub divo in agro dimittere, ut solem et auram patiantur et ambulando per tempore morbum digerant, dum varietatem herbarum per suam voluntatem illi morbo repugnantes pascunt. quare magis praecipitur omnes morb*id*os agro proicere. quidquid enim ex *umore* concipitur, solis beneficio minuitur, vel quidquid caloris beneficio intra corpus conceptum fuerit, rigore remediantur.

182 atque haec s. s. signa morbum maleos in corporibus iumen-
115[v] a torum intelligere obscura, et difficilis ratio intel|ligendi aput prudentes veterinarios invenitur. multis enim generibus hic morbus in corporibus aliter obscura signa demonstrat. quare necesse habebimus nihil intermittere, sed omnia plenius demonstrare. sic enim intelligimus animal morbidum esse. iumento priusquam aliqua signa manifesta in corporibus prodeant, tristem aspectum adferet et cibum non tam libenter sumet nec potum. et nulla alia signa alicuius
183 valitudinis demonstrat, tanquam sanus. toto corpore laborat interim, tussit aspere et emagrescet. ex nulla diligentia curae proficit et magis deterior fit. cibum et potum cottidianis diebus non recusat, in corpore demonstrare solet tubera in lateribus vel in cruribus vel in testibus aut in cervice durissima, tanquam traconationes. quibus tuberibus nulla r*e* subveniri potest. aliis vero tumor in pectore vel in musculis *in*guinorum vel in genibus et in cruribus invenitur. qui tumor perseverare solet.

---

1 *Veg. I 14, 2* ‖ 3 eo severiari ‖ 6 qua ‖ 7 *Veg. I 14, 6* ‖ 10 repungnantes ‖ 11 morbos ‖ 12 avara: *correxi cf. infra 188; an praestat* amara, *cf. 190?* aura *B* ‖ 18 aliter: animalium *L* ‖ 29 tragonaciones: = occallescentia, *a τράγανον i. e. cartilago B* ‖ 30 res ‖ 31 iguinorum

quibus contingit et in ventre tumorem fieri. quibus om- **184**
nibus cura etiam magis contraria est, quae nihil ex nulla
re proficere possunt. aut in ipsis orificiis aspredo echino
similis invenitur. similiter et in folliculo *v*eretri invenitur.
aliis tumores in capite, in temporibus collectiones faciunt,
quae eo per se erumpunt. hoc et in maxillis evenire
solet. aliis et oculus unus intumescit nimis et de utris-
que oculis non crepare vel cancerare. sunt quibus et
glandulae inter maxillas, ubi pullaria nasci solent, in-
crescent carnibus et extumidiores fiunt. haec omnia **185**
signa s. s. tussis non deserit. quibus in novissimo tempore
humor per nares putridus ambulare incipiet propter pul-
monis corruptionem. sunt alii, quibus per totum corpus
pustulae prodeunt similes cliendionum. alis toto corpore
similitudo et quaternaria pilo *est*, ipse demonstrat scutulas
in toto corpore, ut lichene in hominibus sine ulla exerci-
tatione apparet. interdum digeruntur per itineris exerci-
tationem, dum interdum et aliae renascuntur. his evenit per **186**
longum tempus exercitationis beneficio et per | diastima vel 115[v] b
per sanguinis detractionem morbum digerere et firmiores
fieri. sunt ali, qui ex ipsis signis per longum tempus per
maciem pereunt. haec sunt huius morbi signa per varias
demonstrationes, singulis corporibus quae contingere solent.
ex quibus signis morbum maleos intelligere possumus.

nunc sequitur et hoc scire plenius, quomodo et qui- **187**
bus eis subveniri possit ex omnibus succursionibus. pri-
mum cum intellexerimus aliquam suspicionem morbi in
corpore inesse, sanguinis detractionem fieri oportet de
cervice copiosum et de venulis et de visceribus vel desub
causa illius loci, ubi se humor morbi demonstraverit,
saepissime *et* de tempora et de palato propter capitis coin-
quinationem. et urere morbidos oportet. sic palmas in
cervice aut in eandem causam et decusatim il*i*a aut
graticulatim super renibus permixtis punctis subrenalem
curabimus, vel quibuscunque tumor ex morbo increscens

3 exhino ‖ 4 feretri ‖ 7 diutúsqȝ ‖ 15 pilos: *suppl. B* ‖ 18 interdum = interim *W* ‖ 31 et *addidi* ‖ 33 illa ‖ 34 praemixtis?

188 ustione vincitur. ita enim hic morbus se ad corpora increscens ustione extinguitur vel sanguinis detractione siccatur. quare iubemus eos in agrum proici, ut auram et solem passi eandem similiter curam eis praestent, ut ustio et sanguinis detractio. sol exurendo omnem humorem huius morbi exiccat, aura omnem corruptionem corporis et plectoriam sanguinis et humoris plenitudinem, et stringit omnia, quae ex duplici ratione calore vel rigore concipiuntur, contraria sibi. alterutrum omnibus
189 rebus subvenuit. prodest ei ergo pascere, ut, dum per exercitationem cibum pascuae accipiunt vel ocius per indigestionem, minus increscit morbus; vel dum intentione pascuae adfectum vitae intendunt, ex illa ratione tristitiam illius morbi excludunt, dum ipsi sibi legunt herbas pascuae praemixtas et suo corpori aptas. inter quibus utrumque contingunt plurima contraria morbis, quantum legunt herbas illi morbo contrarias, et fugit a corporibus eorum
190 morbus. sic saepe sani fieri solent a pascua per longum
116[r]a tempus. eosque oportet et fumigare rebus austeris: origano asinali et aspalto et peucedanum et castoreo et oppoponaco. potionibus quoque amaris et catarticis potionabuntur, per quam amaritudinem amaritudo morbi expellitur. sunt autem haec potiones infra scriptae, quae morbo maleos prosunt.

191 item rationem huius morbi, unde nascitur, inquirere debemus. multi dixerunt ex defatigatione aut ex feno aut ex frigore aut ex alia aliqua plectoria hunc morbum maleos nasci. falsum et minus probabilem rationem dixerunt, quando ex his omnibus singulis s. s. rebus multae valitudines nasci manifeste inveniuntur. propria autem ratio huius morbi nascendi haec est ex catastamate aeris et coinquinatione pestifera austro vento flante. statim magis spiritus conci-
192 pitur a pulmone et in sanguine nascitur hic omnibus. de-

---

3 curam ‖ 8 calōr· *sic* ‖ 16 quam tum ‖ 19 *Veg. I 19, 2* | quae ‖ 20 asmali ‖ 24 *in marg.* unde proveniat maleos ‖ 25 *Veg. I 17, 4* ‖ 26 et ‖ 29 res ‖ 31 catastamate = catastemate ‖ 32 magis: malus? ‖ 33 ovibus

nique primum invenitur in uno iumento, non in omnibus. vel nunc in corporibus eorum, qui iam possessi sunt, morbus increscit, tunc plures coinquinat viresque adquirit magis. spiritus eorum pluribus cohaerens maiorem aeris coinquinationem facit et pascuae et aquae fontium a pestifera Africo vento volanti, qui non solum aeris excludit herbas, sed et confuso ampliatoque odore illius morbi calore coinquinat [sed et] ceteras greges armentorum inferius morantes ab illa grege superius morante, ubi iam se morbus ostendit. hoc morbo similiter omnia succedit. **193** ampliatur enim pu*t*or calore vel *a* cadaverum eorum greg*is* illius superioris, et increscit morbus. ex quo in plurimas greges armentorum adhaerens contagium facit et omnia iumenta hoc morbo consumit. ideoque praecipitur fumigare omnes h*ac* fumigatione: aspaltum Iudaicum, peucedanum, oppoponacum, castoreum, origanum et sulfur vivum aliquid admixtum. observabitur, non prius **194** in agro *pro*deant, nec mane ex hac suffumigatione odorem naribus percipiant, ut possint eo odore st*a*gnata hunc morbum continere iumenta. et eorum tamen cadavera obr*u*enda sunt, qui ab hoc morbo moriuntur, ita ut vires ampliandi huius morbi minuuntur, et cetera iumenta, quae sana sunt, non ab eo odore coinquinentur. ita enim medicina ciraceos in omnibus provenire potest.

de | maleos elepantioten. si quod iumentum elepantio- **195** 116^{r}b
tem morbum habuerit, haec signa demonstrat. in corpore huius toto urido nascitur, magis in tergus cortices squa*ma*to similes. unde et elefantiotes dictus est. similiter in pedibus et in capite aspera fiunt vel odienae nascuntur. priusquam haec signa ostendet, ventre soluto erit et macrescit, tussit aspere. cuius et li*n*gua aspera et os

---

3 vires quae ‖ 6 flante? *cf. p. 58, 32* ‖ 8 sed et *del. B* ‖ 11 pudor | ad: *corr. B* ‖ 12 greges ‖ 15 *cf. Veg. I 20, 1*; *VI 12, 3* | haec ‖ 18 deant: *suppl. B*, deambulent *M* | nec = nisi ‖ 19 signata: *corr. B* ‖ 20 *Veg. I 17, 3* | obrienda ‖ 23 ciraceos = *γυρεύσεως*? ‖ 25 *infra 355* ‖ 26 *Veg. I 9, 2* ‖ 27 *sq.* squato: squamas similes corticibus *Veg.* ‖ 29 hodie ne: ozaenae *Veg.* ‖ 31 ligua

totum asperum vel coctum erit. qui plerumque morbus
196 nascitur in pullaminibus. si quis huic morbo subvenire volet, non prius deforas causam curet aliquo medicamento, nec hanc potionem diebus pluribus potionaverit. quod si prius deforis aliquid inposuerit, morbus interius magis fugit et cito eis necem inferat. quamvis difficiliter pullamina ex ea causa liberentur, his omnibus passionibus ex morbo s. s. accidentibus haec potio praeparanda erit.
197 murra tragonite ℔ libram, turis masculi ℔ libram, mali Punici corium ℔ selibra, piper ℔ ʒ, croci ℔ ʒ, acacia rufa ℔ ʒ, cadimia botritē ℔ ʒ, *a*es *ustum* ℔ I, absintii Pontici ℔ ʒ, serpilli ℔ ÷, vetonica ℔ I, centauria ℔ ÷, sagapenu ℔ ÷, saxifrega ℔ ÷, peucedanu ℔ ÷ . haec omnia tusa bene et creta ex melle, quantum satis videbitur, admixtum, ut habeat ad temperiem suam, habeto repositum in vaso stagneo vel vitreo. hoc enim per vetustatem plus valet.
198 et ex eo medicamento coclearium unum singulis morbidis ex aqua calida et oleo praemixto in primis diebus dabis. cum coeperint meliores esse, quibus evenerit, ut liberari possint, dabis ex vino et oleo ad cocliaria singula singulis diebus. ex hac potione morbidos liberabis. saepe experimentata est haec potio. haec res amarae sunt, et morbus amarus est. ita incipit haec potio amara amaritudinem morbi expellere.
199 quae sint aliae res potionibus aptae adversus morbum maleos repugnantes, plenius demonstro. . . . . haec compositio cum ulpico trito ex aqua dato, sicut in alio libro docui, et certa die data morbo praevenit. alia potio. catulum lactantem vivum in aqua fervente missum, foris depilatum ibique decoctum, donec ossa

---

1 vel = velut ‖ 4 *Veg. I 16, 1* | nec = nisi ‖ 9 *Veg. I 16, 5* ‖ 10 *in marg.* haec est potio ad omnia ‖ 11 *i. e.* cadmea botryitis | esistu ‖ 15 ad *del. B* ‖ 16 stangneo ‖ 23 *infra 346* ‖ 26 *cf. 204 et Veg. I 18* | repungnantes ‖ 27 alio libro: *infra deest* ‖ 29 Chiron vero Centaurus praeter alias compositiones, quae iam relatae sunt, asserit catulum lactantem vivum in aqua ferventi missum ac depilatum ita decoqui *eqs. Veg. I 17, 16; cf. infra 812*

eius remaneant, conditur | eodem modo, ut pulmentum 116ᵛa
sub tritura: similiter ut cocus condire solet liquamine optimo et mero et oleo et piperis, quod satis fuerit. sit haec potio abundans ad sextaria III. ex qua dabis singulis ad cotulas binas, quousque morbi vincantur.

alii quidem dixerunt catulum lactantem occisum pilatum **200**
ex*ent*eratum sine intestinis decoctum in *a*qua, similiter in eadem aqua mixtum mel, quod satis videtur, ex eo potionare morbidos oportere. facit et hoc: haedinum caput et pedes in aqua cocta, donec ossa remaneant, conditum similiter ut pulmentarium, sicut in catulo demonstravi. ex eodem potionati morbidi liberari solent. idem similiter gallum gallinacium album decoctum in potionem dabis, sicut s. s.

adversus maleos acronum porcinum in ptisana de- **201**
coctum, donec ossa eius remaneant, ex eodem sucum colatum admixto melle et oleum potionare oportet. facit et hoc. titymallum *rad*icem in vino dulci decoctum datur morbidis. cucurbitae Aegyptiae semen frictum in vino similiter decoctum prodest in potione dare morbidis. vel cucumeris silvaticae radicem concisam minutim cum absinthio in aqua decoctum admixto nitro et melle potionem dare oportet. valde facit, si ex eadem radice minut*im* concisa in cibaria **202**
eis admiscatur, et si nitrum contusum et criblatum in cibaria misceatur, omnibus quadrupedibus, quodquod ungula solida calcant. omnis morbus maleos et omnis inbecillitas corporis fugiunt et sani semper in operibus permanebunt.

ad profluvium Atticum per nares profluentem et pul- **203**
monis similiter humores statuere mirifice facit potio ex loteo putido ad cotulas duas cum oleo rosaceo ciatum unum mixtum per nares potionare. haec res profluvium statuent.

propter morbum imminentem, ne qua iumenta con- **204**
tingat morbus, qui appellatur maleos, dabimus potionem

---

4 *III: VI Veg.* ‖ 7 exteneratum: *corr. B* | in qua: *suppl. B* ‖ 9 *Veg. I 17, 17* ‖ 12 *in marg.* aliud ‖ 14 *Veg. II 28, 17* ‖ 17 tytimallum gracilem: radicem . . . tithymali . . . dare . . . suadet (*sc.* Chiron) *Veg. I 17, 18* ‖ 18 *Veg. I 17, 7* ‖ 22 minutum: *corr. B* ‖ 23 *in marg.* non ‖ 27 *Veg. I 17, 19* ‖ 31 *Veg. I 18*

ex VIII . . . vel VI, vel imminente necessitate per triduo. hoc potionare oportet: ulpicum bene tritum cum sagapenum et aquam ad multitudinem gregis sui, singula iumenta singulas eminas accipiant, cum oleo singulis ciatis admixtis per triduo. et hoc potionata iumenta morbum
116^{v}b non pa|tientur. hoc quod annis praecipitur.

205 IV De ventris dolore. minus intelligentes circa organum ventris veterinariorum iudico, qui putant praecantationibus aut remediis dolorem ventris posse sanari. *nec* hoc utique credendum est posse fieri. quidquid enim per interiorem ventris dolcre coeperit, statim proiciet iumentum et volutat frequenter. hoc ergo idiotae et minus scientes dicunt ventrem dolere et statim remedio subveniunt, quando sint inter iliis. in ventrem quae oriuntur
206 genera doloris, numero sunt XIII: cordapsus, *i*lion, ili*n*gon, enfragma, strofus, coli dolor, lumbricorum et vermium et tiniolarum. et vesicae vitia numero IIII: id est cauculosum, *isch*uria, disuria, stranguiria. quidquid ergo ex his inciderit interius, statim prae dolore volutat et collidat se. cui nec prout [se] causa fuerit, medicina subvenias, sanum fieri non potest. prima enim doloris vitia ex praesenti nata inveniuntur. [in] interiorum singularum partium dolor plures valitudines et dolores fieri nata *in* ventrem demonstrat per singula principalium loca, sicut
207 supra dixi, circum singula iumentorum corpora. ex qua ratione vitiorum fit, ut aliquibus iumentis ex ventris dolore praesens vitae periculum faciant. vel nunc tardius aliqua liberatur, quoniam quidem sunt plura vitia, ex quibus sunt aliqua sanabilia, aliqua insanabilia. in quo vitio ventris doloribus succurrere nemo potest, nisi si scierit singulorum et interaneorum doloris signa et ratio-

---

1 VIII Cal. Jul. VII et VI *Veg.* ‖ 2 ulpinum ‖ 7 *Veg. II 11, 2* ‖ 8 iudicio ‖ 9 physicum remedium *Veg.* ‖ 10 nec *addidi* ‖ 11 dolore ‖ 15 ylion: = εἵλεός | ilinigom: = εἵλιγγος *B* ‖ 17 cauculosum: = calculosum ‖ 18 curia | dissuria ‖ 20 nec = nisi | se: si? scilicet? *B* ‖ 22 *sq.* nata inveniuntur in⟨ventre⟩. interiorum . . . . nata ventre demonstrat *B* ‖ 23 in *addidi*

nem conceptionis et viti. quam rationem plenissime in omnibus demonstrare necesse est.

primo de ipso ventre, quod est aqualiculum. quod **208** principium omnium interaneorum est, totius corporis dominator, in quo ventris capacitatem cibus et potus mixtus convenit. in quo loco per digestionem separata per totum organum interius distribuuntur. quae pars corporis interius perfrictione longi temporis concipit multum doloris. vitia intestinorum inferent per hanc rationem: omnem commixtionem cibi et potus in aqualiculo per calorem, quo coctionis digestio liquorem humoris in urinas separat, per calorem, si nulla perfrictionis causa digestionem impedit. quod si perf*ri*ctio longi temporis concepta **209** in ventrem operari coeperit, partem humoris et liquorem ex frigore | coagulat et glutinosum faciendo retinet in **117ra** parte intestinorum, quae sunt medio positae, quae ducunt ab aqualiculo usque ad colum, quod appellatur typlon enteron. unde fit sera dig*estio* stercoris. fit hic ipse intestinus. superius, quod dixi, stenon *e*nteron appellatur, quod latine dicunt ieiunum intestinum, a*b* eo quod nihil in eodem stentino cibi aliquid permaneant. per hoc **210** enim intestinum cibus ab aqualiculo in colum velocem transitum habent. in quo intestino ille humor coagulatus et perfrictione si natus abundaverit, non patitur transire cibum a ventre in inferiores partes. obstat enim illa spurcities et p*rae*cludit partes intestinorum et facit extensionem ventris, id est aqualiculi dolorem ingentem et magnum periculum. quae passio doloris enfragma dicitur, quae latine obturationem vocatur.

facit et aliam causam doloris cordapsus, quod appel- **211** latur. quibus contingit ex nimia tensione stercoris aquam per *o*s refundere, cibum, stercus.

rarenter ex his duabus passionibus iumenta liberantur. cito enim ex hac causa tensionis volut*a*ndo omentum

---

13 perfectio ‖ 18 dig̅o *sic* ‖ 19 interon ‖ 20 adeo: *corr. B* ‖ 24 e perfrictione natus si *B* ‖ 26 percludit ‖ 30 *Veg. II 13* ‖ 32 hos ‖ 34 volutendo

rumpunt. ex qua re velocius haec vitia mortem inferunt. ex hac enim causa humoris coagulat*i* ex perfrictionibus et col*i*ci fiunt, si cui contingerit, ut haec coagulatio humoris frigidi in colum se conferat. ex qua similitudine superioris demonstratio*nis* praecluditur stercoris *v*adum, quod est
212 foramen ipsius coli. ex qua praeclusione tenditur ipse colus, ex plenitudine stercoris, quoniam quidem simili modo in eo loco intestini stercora conspissata protricant propter secundam digestionem cuius loci. et perfrictione facta coli dolorem praestant propter tensionem loci tam diu, donec hic humor coagulatus, colare dissolvitur stercoris redundationem, intestina maiora lax*av*erit. qui dolor coli per plures dies contingere solet ex ipso humore et ex perfrictionis iteration*ibus*.

213 alia vitia inde fiunt, si quando stentina maiora hic humor coagulatus et diffusus ex superiore in eadem intestina maiora abundare coeperit. in qua intestina sinus per intervalla dispositi sunt, in quibus in his stercora conspissata formantur in rotunditatem, separata simili modo per quadrum. ex his locis stentini exclusa rursum commixta in alterutrum cohaerentia botronatim procurrunt usque ad longaonis cataclidem,
117[r] b **214** ubi fit reclusio intestini maioris. | haec idem intervalla stentinorum ex eodem humore coagulato impediuntur, quominus velocem cursum interaneorum per ventum excludi possunt. quaedam loca eorum intestinorum praeclauduntur ex illo humore, ubi plus abundare videtur. quod fit magis proxime longaonis clausura. ex qua praeclusionem magis ventus, quo minus ex*c*undi vadum fit, rabidus increscit, morsusqu*e ac* titillationis inpactum huius humoris in stentinis praestat, et pergyrendo intestinam

---

2 quagulatim ‖ 3 colci ‖ 5 demonstrationibus | badum ‖ 11 colare = coagulare ‖ 12 laxerit ‖ 14 iterationis ‖ 15 *Veg. II 14, 1* ‖ 18 in hiis: inviis? ‖ 19 quadrum: coagulum? ‖ 21 cataclidem = κατακλεῖδα ‖ 27 *sq.* tunc ventus crassus vel praeclusione ipsa intra viscera increscit ac saevit et dolores morsusque excitat vehementes *Veg.* ‖ 28 exundi: *corr. B* ‖ 29 morsus quia: *corr. B*

pro motum alicuius *humoris* interius excludendum. iumenta 215
volutant et *pe*dibus exporrectis calcitrant id ipsum, quasi excludere possint, quod cum magis in eis ventus maior nutritur — omnis enim alicuius humoris motus cum quadam parte venti — quod magis plus *agi*tatus fuerit spiritus, qui per duplicationem crementi magis in novissimum maior fit. hac ipsa ratione iumenta volutando tympana similiter fiunt. quod vitium quidam tympanitem dixerunt. hoc autem vitium pro certo ilion dixerunt ab eo, quod eorum, qui hoc vitium patiuntur, intestina habent [aut] ex locis suis exclusa, quasi helicas faciunt. unde haec valitudo ilion vocatur. est autem haec valitudo periculosa. cui 216
si tardius aliqui succurrat, difficiliter liberantur. cito enim ex hac ratione interius ruptionem omenti patiuntur. cui tamen si celerius succurratur, ex hac ratione liberari possunt. . . . fomentis quoque calidis renibus pro multitudine adhiberi oportet, deinde extergere eum diligenter et perungere oleo calido pice liquid*ae* mixto vel oleo laurino. similiter facere et manibus percatapsare totum corpus et testiculos, et in auriculas ex hoc oleo calido suffundere oportet et defricationem per plures manus hominum totum iumentum defricare, donec ex hac calfactione ventum reddere incipiat. quem potionabis sic. piperis grana 217
numero L, petrosillini quantum 4^{or} digiti possunt capere, cimini Alexandrini tantundem cum cimini Afri, argini semen, murra, nepita, trisaginem aequis ponderibus, in quo admiscebis nitrum ad dimidiam omnium eorum partem. haec omnia bene trita, ex vino calido et oleo tantundem aequis partibus et mellis quod satis fuerit, hanc potionem dabis. haec potio et excalefacit et cibum dabit et ventrem solvit. ex qua ratione omnis spurcitia humoris relaxata

---

1 humoris *addidi* ‖ 2 volutat | venibus: *corr. Veg.* | calcitant ‖ 3 quod = quo ‖ 5 sagittatus: *corr. B* ‖ 8 *Veg. II 14, 2* ‖ 10 habent aut: a venti vi *B* ‖ 11 helias: obices *Veg.* ‖ 16 *lacunam cognovit B* ‖ 18 liquide ‖ 25 afriargini: cumini quoque Africani tantundem semen apii myrram *Veg.* ‖ 26 *in marg.* recepta doloris ventris

218 excluditur. quod si hoc non proficerit, saciliones ex furfure calido plenos super totum tergus et renes imponere
117[v]a oportet. quem et clisteriabis ex aqua calida et oleo, quod | commiscis sale et melle, affronitra et ovum [et clisterimabis]. si clistere non habueris, sal bene tritum et mel commixtum ad spissitudinem tractationis in anum interius subicies. qu*a*e res omnem spurcitiam humoris intus obstantem abstrahit et ad sanitatem perducit. *haec* cura ex ordine adhibita omnibus doloribus, a ventre quae nascuntur, subvenit, nec aliud est, quod plus subvenire possit.

219 sunt ali, quibus adsidue ventris dolor non inter longum tempus contingere solet, si quando ab opere vel exercitatione interius ventrem dolent, et non post multas horas sine ulla diligentia medicinae saepissime refrigerari solent. hi autem, qui hoc vitium doloris patiuntur, strophus appellantur. huius ergo vitii ratio, ex qua re contingit,
220 cum signis intelligendi reddenda est. hic autem strophus concipitur, sicut sunt aliqua iumenta, quibus ex coactione sudor totius corporis, sicut fieri solet, humorem excludatur foris extra cutes. hic humor sudoris in ventrem se desidet inter intestina et ventris compaginem. vel itinere laborantem calore totius corporis necesse est velocius refrigescat quam totius corporis compago. sic idem tamdiu punctiones doloris, ut perfrictio, interius praestat, quamdiu totius corporis fervor tepescat. contra illum humorem fiat, et post illum dolorem requiem ex hac
221 ratione patiuntur. hi autem sunt strophosi. eorum et signa haec sunt. cuicunque hoc vitium contingit a vapore, cucurrit, frequenter volutatur. ex quo cum surrexit, terram pedibus tundet et interdum quasi manducare conatur et iacens quasi videtur pausare pusillum,

---

4 *sq.* haec clisterimabis *B* ‖ 7 que ‖ 8 haec *B*: et ‖ 11 aliquibus: animalia quibus *Veg. II 15, 1* ‖ 15 strophus = strophosi ‖ 20 *sq.* deridet ‖ 25 et cum totum a labore cessaverit ac refrixerit corpus animalis, cessat et dolor; sed cum a labore calefieri coeperit, rursus exoritur *Veg.* ‖ 29 cucurrit: concurrit (*i. e.* concursat) *infra 382*; concubuit *vel* concumbit? concutit (*i. e.* concutitur)? cum currit *B*

exurgens citius ambulare se ipsum cogit, et solent cito refrigerari.

si cui contingerit eundem humorem interius plus iusto 222
abundare, volutando frequenter ex hoc humore interius ventus nutritur et fit tympanites. cui sic celeriter succurratur, sicut superius demonstravi. volutando et collidendo se interius aliquid, plurimum omentum, rumpat et fit tympanites. ex quo praesens vitae periculum faciunt. hoc vitium si auferre voles et percurare, ne postero patiatur, facies paracentesin de ventre et detrahis humorem exteriorem partem, ex quo hoc vitium conceperunt. et potionabis decocta ad causam facientem per plures dies. cui et acopum facies termanticum et perungebis totum tergus et renes cottidianis diebus numero XX | et per- 117ᵛb
minutatim exerceque. mollibus cibis adiuvabis hunc. deinde post tertium numerum dierum renibus caustigabis et sic in opere mittis. paracentesin de ventre sic facies. *IIII* di- 223
gitis ab umbelico longius ad veretrum versus medio climate ventris sagittam subicies ulterius, ut peritoneon ipsum aperias. metraliter facies, ne intestina laedas propter periculum vitae. exempta sagitta subicies fistulam. incipiet humor se foris abstrahere. quem excipies in vaso. invenies lotei similem, limpidum. malis vero non minus sextarium. hoc facies et eis, qui stupidi et magri sunt coactionis longi temporis beneficio. similiter curabis, sicut supra scriptum est, per eandem potionem corpus illius. sanum fiet. quibus dabis et nitrum crib- 224
latum paulatim cottidianis diebus in cibariam. omnes acres umores et spurcitiam corporis excludit et curatos facit.

vehementem et intolerabilem dolorem intestinorum praestant lumbrici et vermes, interius si abundare coe-

---

1 et surgens *Veg.* ‖ 5 si ‖ 6 volitando ‖ 10 per acentas inde: *corr. Veg.* ‖ 13 *Veg. II 15, 5* ‖ 15 civis ‖ 17 per acentas inde | *IIII prompsi ex Veg.*: illi ‖ 18 feretrum ‖ 20 metraliter: ad mensuram *Veg.* ‖ 21 sagittas ‖ 23 malis: trahis? tolles *Veg.* ‖ 26 curati: curato? ‖ 28 omne sacre sumere: *corr. Veg.* ‖ 29 curatus ‖ 30 *Veg. II 16, 1* | vehementer ‖ 31 praestat

perint. similiter et tiniol*ae* in utri, qu*ae* pediculi ab alis
225 appellantur. haec enim interius rosionem aqua*l*iculi et intestinorum praesta*n*t intestinis et vulnera faciunt similia cliendionibus. ex qua re cottidianis diebus sine febre et sine dolore non sunt et macrescunt nimis, ut coriaginosi fiant. ex qua causa vulnerum intestinorum si quando appellantur, humores in ano inveniuntur fabae coctae similes: est autem sanies. his contingit dolor ex inanitatem, si quando nihil . . . intestina magis corrodent.
226 qui cognoscentur sic. non sunt inf*la*ticii et vehementer per dolorem volutant et in spinas se proiciunt et caput sibi inter pedes mittunt et ostendunt doloris sui locum et ilia sibi quasi scalpunt. rodunt nonnunquam lumbos et caudam parietibus fricant, aliquando et clamant per vim rosionis, quam patiuntur. cum haec signa ostendere coeperit et clament, scias eum vivere non posse. sic eis succurres et percuras: olei sextarium unum cum absintio Pontico decoctum et fenugraecum infusum, nasturcii semen, sandonicum, coriandri semen, sinopidis Ponticae, aequis ponderibus p singulas uncias, fenugraecum infusum
227 p seli*br*a. haec in se infusa et decocta in oleo, ut omnium virtus per coctionem in oleo permaneat, dabis ex oleo eminam et aquae dimidiam. quae lenitia illius olei et virtus medicamentorum excludet eos foras et occi-
118[r]a det. et ex hac re si per plures dies potionentur, | admixto nitro tuso et castoreo, similiter omnes lombricos et tiniolas et vermes discutit foras a corpore, et sanum fiet.
228 si quod iumentum calculosum fuerit, signa demonstrant haec. torquebitur, gemet et tendit se ad conatu mictionis et stillat eius veretrum guttas, [in] urinam mo-

1 tiniolem | utrique: utri = utero ‖ 2 aquaticuli ‖ 3 praestat ‖ 9 *supple fere* inest cibi: cum his deest cibus, magis vitalia consumuntur a vermibus *Veg.* ‖ 10 congnoscentur | infictiaci: inflati *Veg.*; infysiaci (ἐμφυσιακοί) *B* ‖ 17 olei viridis et amari sextarios II *Veg.* ‖ 19 coriandri seminis, radicum seminis *Veg.* ‖ 20 unctias ‖ 23 lenitiam ‖ 28 *Veg. II 18* | clalculosum | *in marg.* de calculoso ‖ 29 *sq.* conatum ictionis ‖ 30 feretrum | et urinam *Veg.*; veretrum, guttas in urinam *B*

dice mittet, nunquam meiare potest. hoc cottidie patitur. quod vitium plerumque in pusillas aetates contingit. quod sic invenies. digitos in interiorem partem ani subicies et a cervice *vesicae* sub ipso manum ad hippocentaurum versus palpabis digitis et caucolum ibi invenies. quod vitium difficiliter curatur. solet quidem eis contingere conamento nimio virium *vel* ruptionem facere vesicae ad cervicem proximum ad ipsum anum. quod si **229** evenerit, statim incipiet ex ipso ano urinam emittere quasi qui aquam adselletur. quod digitis eum locum invenies longaonis extremam partem cavernam habere secus ipsum anum. similiter et *in* cervicem vesicam per ipsum foramen digitos subicies interius deiossum versus et caucolum invenies. quod ex ipso foramine caucolum lithulco exues et curabis clisteribus collecticis. quem potionabis diuretica potione. cum haec tamen causa evenerit, per anum farciminalis sero venire solet, ut ex ipsa retortione moriantur per ruptionem vesicae. difficilis eius modi cura est.

ad sanandum omnem passionem doloris, a ventre quae **230** nascitur ex vitiis s. s. quodcunque iumentum ex qualibet causa volutantem inveneris, oleo manum perunges et ipsum spincterem oleo satiabis et subicies in anum, *in* interiorem partem longaonis, et ibi haec signa manu intelliges. si inveneris ipsum longaonem clibano subtili patere, scias eum strophum pati. stercora si se post ex aggravatione stercoris provocaverint, scias eum cito refrigeraturum. si manu missa longaonis praeclusionem inveneris et stercoris modicum, duas aut tres caricas

---

1 merare: mingere *Veg.* ‖ 4 vesicae *suppl. Veg.*; *cf. l. 12* | ipso: *sc.* ano, *quod add. Veg.* | hyppocentaurum: hypotaurium *Veg. et H*; ypotauro *infra 681* ‖ 7 vel *scripsi*: nec ‖ 8 vesica | manum ‖ 11 cavernae ‖ 12 in *addidi* ‖ 15 lithulco = λιθολκῷ, aculeo *Veg. perperam* | collectis: *corr. Veg.* ‖ 16 potionem | *sq.* causae venerit: *corr. B* ‖ 17 vero ‖ 20 *Veg. II 19* ‖ 22 voluntatem ‖ 23 in *add. Veg.* ‖ 24 tibi: *corr. B* ‖ 27 et continuo stercora eicies paulatim ad manum, quibus egestis cito noveris animal percurandum *Veg.*

scibeli, et praefocatum longaonem, quo manus vix introeat, scias eum emfragma pati et periclitari.

231 et si inflatus non fuerit, vehementer tamen et tarde dolet, si manum miseris et similiter et totum ventrem tympano similiter tractando senseris, eum ilio pati et cito periclitari *scias*. *si* ventum dare coeperit, tunc in illo spes erit vivendi.

232 si manum miseris et invenies *nec* valde patere longaonem, 118ʳb sicut est, manui, praefocato similiter, | ut superius dixi, et stercora non multa, nec tamen inflatum esse, scias eum ventrem dolere, id est aqualiculum. cito refrigerare solet, si celeriter eis succurratur. si tardius in dolore protrigaverit, difficiliter evadent. ex hac ratione chordapsum fieri solent.

233 si manu miseris et similem rationem longaonis sine ulla inflatione inveneris, et non frequenter volutantem sed proicientem se subinde in dextram partem, extendit se quasi ad conamen mictionis, depremito manu ad dextram partem. ibi longaonis invenies duritiam ingentem cucurbitae rotundae in longo similem. scies eum colicum esse. hic enim locus intestini colus est, quem quanto duriorem inveneris, tanto plurimis diebus dolere eos scias.

234 rarenter quidem periclitatur. et dolent per non minus diebus duobus vel tribus, nec vero qui tardius, non plus quinque post diem primum doloris. quantum molliorem inveneris [in] eum locum, tanto velocius refrigeraturum et non per plures dies dolore laboraturum scies. in quo stercora procedentia non multa paulatim in longaonem invenies. qui non refrigerat, nisi multum stercoris adsellatus fuerit. statim hic locus intestini, colus, qui praeduraverit, non comparet, et sanus fiet.

---

1 scibelet: = *σκυβάλον* et *B*, squibala *i. e.* scibala *Veg.*, *quod praefert B* ‖ 3 *Veg. II 20* ‖ 6 scias si *add. Veg.* | vetum ‖ 8 *Veg. II 21* | nec *ego*: vel ‖ 9 minui ‖ 10 tam: *corr. B* | in fatum: *corr. Veg.* ‖ 11 dolorem ‖ 13 hordapsum ‖ 14 *Veg. II 22* ‖ 17 ictionis ‖ 19 in longaone? ‖ 20 colus *ego:* locus | quando: *corr. B* ‖ 21 dolore ‖ 24 meliorem: *corr. Veg.* ‖ 29 culus | statim intestinum, quod de colo praeduratum fuerat et tumebat, non apparebit *Veg.*

similem dolorem ingentem sine inflatione et in cursu **235**
se tollentem, huic manu et depremes in *a*num et veretrum
usque versus. ibi invenis vesicam pro magnitudine loteo
plenam. quam hanc vesicam ad dextra sinistra parte le-
viter adduces hoc susum a*d* anum versus et deprimes cum
oleo, et mi*nc*tionem facis tam diu, donec urinam faciat.
liberabitur periculo, de quo difficiliter liberari solent.

sunt alii, qui assidue dolorem patiuntur ventris inter **236**
longum tempus sine ulla inflatione nec vehementer volu-
tant et quasi in cursu se provocantes proiciunt se et ilia
sibi assidue corrodent, quamsi scalpant. in huius modi
dolore manum mittes in ipsa longaone per circuitum in
interiorem partem per plurima loca: *invenies* vermes bo-
tronatim cohaesisse in singulis locis, quasi *clien*diones
vulnerum facient, ex quibus hunc dolorem patiuntur.
velles eas. vix quidem evelluntur, et ipsa hora *t*ibi in
manu similiter cohaerentur. vix eas proicies. ex qua ra- **237**
tione multa iumenta *non* sine dolore caudam assidue parieti
infricant propter morsos eorum vermium. qua*s* expur-
gare | de longaone eas debebis *et* potionem *d*are per plures **118^{v} a**
dies eam, quae ad lumbricos faciet. ita omnes vermes,
quas cossos appellamus et t*incola*s, in ulteriori parte cu*m*
stercora per adsellationem purgabis. sanum facies et eum
similiter, qui lumbricos habet. sic istis vitiis in ventre
s. s. subvenire oportet. oleo calido et pice liquida renes **238**
et totum tergus perfricare oportet tam diu, donec manibus
excalfactione patiatur, et auriculas ex oleo perunguer*e*, et
anum et ventrem et testiculos perunges. et salem tritum
et melle mixtum in anum subicies, et eum in ambula-

---

1 *Veg. II 23* | *ante* similem *aut ante* huic (*l. 2*) *lacunam statuit B* ‖ 2 in manum ‖ 4 a dextra *Veg.* ‖ 5 abanum ‖ 6 mixtionem: motionem *B*; minctionem provocas *Veg.* ‖ 8 *Veg. II 24* ‖ 13 invenies *add. Veg.* ‖ 14 cheudiones: *correxi, cf. supra 185 et 225* ‖ 16 cibi ‖ 17 cohaerent ut *Veg.* ‖ 18 non *addidi* | pariet et *sic* ‖ 19 quam: qua re *B* ‖ 20 et *Veg.*: ex | dare *Veg.*: clare ‖ 22 coscos: *corr. Veg.* | tumaleos: *corr. Veg.* | cui ‖ 25 calido *post* liquida *positum* ‖ 27 perunguero

tiones assidue potionatum exercebis. si ex hac ratione non refrigeraverit, clisterimabis eum calda et afronitrio et sale, et super renibus et super totum tergus saccellationes calidos ex furfure plenos impones; tam diu innovabis, donec ventum reddiderit. potionabis potione supra scripta. hac re sani fient.

Chironis Centauri cap. 5

239 V Si quod iumentum sincopaverit, sic intelligitur. tardius ambulabit, tanquam si putas eum suffusione constrictum esse. unde intelligis eum magis suffudisse quam sincopasse, dum facillime pedes a terra levat et sine dubitatione flectibilibus cruribus incedit. hic autem totus dolet per omnibus membris, interdum [de] se proicere volet non sine gemitu et submittit et toto corpori se iactat. quidem sine febre non erit, cibum non tam
240 libenter appetit nec potum, sed magis iacere vult. ex quo magis intelligis eum sincopasse. *si* resurgit, fortiter se relevat. et si se excutire volet, tardius vix se excutit propter dolorem omnium membrorum. quod contingit ex magno labore et cursu nimio vel ex oneribus magnis, in quo itineris longi fatigatio et sudor plurimus omnia membra plus iusto conquassando et nervos fatigat sine vexatione ulla alicuius loci ab interiora. ex qua re et ostocopus fiet, si aliquod levius in itinere laborans [non] sudaverit; nervi enim sudore infestantur. est enim pars
241 ostocop*us* prior sincopationis. sic eum curare oportet. calida eum fomentabis ab armoribus et renibus, et cura post fomentum tergere eum diligenter, et mero et oleo calido totum perfrigare, ita ut in corpore digeratur. opertum
118^{v}b eum habeto et locis mollibus statuito, | et facito ut dormiat. hoc per triduum facere curabis. cui potionem dabis hanc: murram ℈ II, tracantum IIII, crocu ʒ IIII,

---

2 affonitrio ‖ 3 *sq.* saccellationes = saccelliones ‖ 7 *Veg. II 25* ‖ 8 *sq.* contrictum ‖ 9 *sq.* sincopasse quam suffodisse: *transposui*; suffusi licet tardius a terra levent pedes, tamen flectentes crura incedere solent *Veg.* ‖ 10 a terra *in marg. add.* ‖ 16 si *suppl. B* ‖ 23 stocopus: *corr. B* | non⟨multum⟩? ‖ 24 *sq.* parv stocopi *sic*

mellilotu ⌒ I, alica loticia ℈ . I, thus masculum ℈ . I. haec omnia tusa et cribata, ex eo medicamento coclearia duo cum cald*ae emina succidiabis*, ut sucum faciat. cui admiscis mellis coclearia II et aquae emina et olei rosacei ciatos II. his omnia potionabis per plures dies, donec sanum fiat. et vulsicis haec potio et tensioni valde prodest. **242**

VI De impressione sanguinis. qui hoc morbo tenebitur, ut ei molestus sanguis per nares ambulet, signum erit hoc. supra modum peractum esse iumentum scias. cui celeriter sic succurras. coriandri viridis sucum per cornum naribus suffundes. vel porri sectivi sucum in naribus suffundere debes, vel pollinis drg et thuris polline tantundem, algallici radicem pondo ÷ et amulii ℈ ʒ. commixta haec omnia, his partem tertiam ex vino nigro suffundes. **243** Chironis Centauri cap. 6

VII De sanguinis molestatione. sanguis si molestus iumento fuerit, signa erunt haec. corpus et cervices frigidae sunt et oculi turgescunt et tristis fiet et fastidium patietur et attonitus difficiliter se iactabit. sic eum curabis. sanguinis detractionem facies de cervice, abstinebis ab aqua primo die, ne nimis bibat. potionem dabis sic: trisaginem et centauream violaceam et nitrum aequis ponderibus admixta, bene tusa et criblata. ex his coclearia diurna ex aqua dabis. haec potio et sanguinis et humores et morbos imminentes purgat, et sanus fiet. **244** Chironis Centauri cap. VII

VIII De sanguinis detractione, unde fieri debeat sanguinis detractio. morbidis sive valitudinariis sanguinis detractio *debet* fieri, ex quibus morborum vitia evincenda sunt. dico autem de superiore vena cervicis, quae est inter eas prima, praeterea quam solam observare debeamus; haec enim sola maxime ad salutem pertinet. ex qua conser- **245** Chironis Centauri cap. (VIII)

---

1 alicaloticia: loticia = lota; symphyti *vel* anagallici *Veg.* ‖ 2 cribata = cribrata ‖ 3 caldas manus accidiabis: cum aquae calidae hemina *Veg.* ‖ 7 *Veg. II 26* ‖ 11 sertivi ‖ 12 pollinis triticei *Veg.* ‖ 13 amyli semiunciam *Veg.* ‖ 14 suffundes sanguinemque praecludes *Veg.* ‖ 15 *Veg. II 27* ‖ 18 difficileque curabitur *Veg.* ‖ 20 somnique indulgebitur copia mollibus stratis *add. Veg.* ‖ 23 aquae tepidae *Veg.* ‖ 27 debet *addidi* ‖ 28 *cf. supra 7*

vatur omnis status corporis. omnem iumentum, si fuerit corpore plenum et crassum, coinquinatum morbum statim
246 se incipit scalpere aut etiam parietibus se adfrigare et
119ra dentibus comedet et subinde commovet | totum caput et auriculas demittit, auscitatur frequenter et priora genua iactat alternis et oculos lucidiores adferet et plurimum dormitat et *non*nunquam sanguinem adsellatur vel etiam meiet. eorum autem debet superior vena aut duo aut tres aut 4or . . . sanguinis laxari, quae a verticibus usque
247 ad tempora descendunt. similiter eorum, qui febricitant. sic cognosces: quorum caput ducitur usque ad terram. his ergo a temporibus ex ipsa facie debet sanguis detrahi. et ex alio loco aut ex posteriore parte eius sanguinem quisquam detraxerit, contractionem patiuntur nervorum. nervus enim, qui est ad articulum lumborum, totius corporis principalis, non tantum hoc sed et de huius morbi, qui appellatur maleos, causa solutus totus sub-
248 iaceat, quotiens ei sanguis emittitur. contingit autem hoc *a* frequentia cursionis multa, ut iumentum evirietur. et hi nec stare nec procumbere possunt. quotiens inambulant, prioribus pedibus calcant, *ve*n*a*e in cruribus plenae sanguine erunt et tument ei crura. quibus necesse erit de coronis sanguinem detrahi, ut tumorem eis a*u*feras.

249 VIIII Quascunque valitudines aterapeuta*e sunt et* cronia, cura sua curari oportet. eas ciclo curari oportet. [et] cui aut*em* ciclus curae adhibendus erit, sic curabis. abstinebis eum ab hordeo triduo, mollibus cibis eum temperabis. tertia die sanguinem ei detrahes dextra sinistra de collo quod satis fuerit, prout ipsa aetas animalis dictaverit. post sanguinis detractionem eum triduo viridi cibo temperabis cauliculo vel lactuca: quantum satis est, pro
250 modo dabis. post tertium diem cibo abstinebis eum *et* ab

---

2 conquinatum ‖ 5 auscitatus ‖ 7 nunquam ‖ 9 *supple* digitos a cervice ‖ 16 hoc = propter hoc ‖ 19 adfrequentia ‖ 21 bene: *corr. B* ‖ 23 adferas ‖ 24 *Veg. III 6* | aterapentescet *sic* ‖ 25 et *del. B* ‖ 26 aut ‖ 27 temporabis ‖ 28 de matrice *Veg.* ‖ 30 temporabis ‖ 31 colliculo, *superscr.* cau ‖ 32 et *addidi*

aqua. nono die coliculos madefactos offabis cum li*qua*-
mine et oleo optimo. dabis ei offas non minus XX. cibum
dabis lactucam. hoc per triduo facies. a secundo tamen
die adaquabis ita, ut sitiat. cum ventrem senseris solu-
tum esse, desines colic*l*orum offas, dare debebis furfurem
et pal*e*am, alio die nihil aliud nisi bibere. altero die
ducis eum in balneo et mittis eum in cellam caldarem
et fac ut desudet et cura ne nimis tardet. et ne inter- **251**
cludatur, eicies eum. et diligenter terges mero et oleo
cataplasmabis et defricito bene. dabis ei folia radicis
nitrio | aspersa quantum satis est. potionabis eum per 119r b
triduo oleo decoctum cum radicibus cucumeris silvaticae
viridis minutatim concisae. in vase novo ita decoques,
ut tertiam deperdat. et ex eodem singulas eminas per
triduo potionabis. curabis, ut ventrem solvant. si videris
eum nimis soluto ventre esse, lenticulam et ordeum pari
mensura friges et ex eodem bilibres singulas per dies
singulos cum furfure et palea dabis. refici*es* eum per **252**
dies V et promoves perminutatim, ut intelligas, quomodo
senserit ipsum corpus circa eam valitudinem, quam patie-
batur. post haec omnia dispumabis eum pro arbitrio.
altera die purges e*i* caput e*x* oriza vel ex rafa*n*ida
agrea vel ex radice l*u*naria. si haec non fuerint, ex liqua-
mine optimo cum oleo mixto per nares dato. pro modo
coplas eum et tendes in expurcitiam currere. cum bene
purgaris, solves eum et dabis ei per nares butirum cum
oleo rosaceo mixtum per singulas nares singulas cotulas.
si ventrem ex supra scriptis rebus non solverit, el*e*bori- **253**
zabis eum sic. elebori albi ʒ . . una et vino dulci emina
bene tritum potionabis. si et eleborum non habueris,

---

1 *sq.* ligamine ‖ 3 ter in die *Veg.* ‖ 5 collicorum ‖ 6 pa-
lam ‖ 7 caldarem = caldariam ‖ 8 ne intercluso spiritu pereat
Veg. ‖ 12 cucumeris asinini *Veg.* ‖ 18 reficiens ‖ 22 ea | et ho-
riza vel extra fida: ex oriza vel ex radice Dianaria, quam
Artemisiam dicimus *Veg.* ‖ 23 lanaria ‖ 25 cuius caput pedes-
que conectis *Veg.* ‖ 28 solveris? | elaborizabis ‖ 29 *in lacuna* ℈ ʒ :
albi pondus unius denarii cum hemina dulcis vini *Veg.*

dabis ei scammonium dragmas numero ·II· bene tritum cum vino dulci eminam, ut s. s., dabis. si videris eum nimis soluto ventre fatigatum, potionabis eum ypocistida p ÷ trita bene cum suco ptisanae vel cum aqua. si ypocistida non fuerit, dabis ei algallicum cum suco ptisa-
254 nae. cui cibum dabis lenticulam et ordeum, sicut s. s. post haec omnia adhibita sinapidiabis eas partes causarias eiusdem valitudinis. post sinapidiationem ures ea loca, quae sinapidiasti, et curabis usta, quomodo oportet. potionabis eum per dies plures ex antidoto policresto. per plures dies promovebis perminutatim, adiectionem cibariae paulatim facies, donec ad pristinum modum cibariae per-
255 veniat. per hoc ciclum valitudinis incurabiles sani fieri promittuntur. haec sunt autem valitudines, quas ciclo curare oportet: insani, carobarici, caduci (ciclo curati capite uruntur), morbidi, *disc*nteri*c*i, coriaginosi, orto*pno*ici,
119^{v}a strophosi (ciclo curati renibus uruntur). |

Chironis Centauri cap. 10

256 X De capitis valitudinibus, quae et quomodo et a quibus rebus accedent. scire oportet, si quando in corpora iumentorum alicui contigerit, ut plenitudo sanguinis a cruditate per indigestionem in eos corrumpatur. quod fit imbecillitate corporis ex perfrictionem vel aestu. quae corruptio sanguinis, quam Graeci diaftoram appellant, in capite se derivaverit circa membrana cerebri et venas ex perfrictione, tendideritque membrana totius capitis. si nondum cerebrum gravaverint, distentionem faciunt ab eo, quod
257 somnum ... unde fit scotomaticus. est autem valitudo levis initium valitudinum infra scriptarum. quod si coeperint ipsa membrana cerebri gravari ex eadem corruptione sanguinis,

---

3 ypocistia: *in marg.* ypaquistidos ‖ 8 eisdem ‖ 10 *i. e.* πολυχρήστῳ ‖ 15 carobarici = καρηβαρικοί *B*, insani corroborari *Veg. perperam* | curato ‖ 16 morbidis intecti: *corr. Veg.* ‖ 17 ortotonicis: *corr. Veg.* ‖ 18 *Veg. III 1, 3 (III 8)* ‖ 23 dyaforam ‖ 25 quae | *sq.* noxii sanguinis virus in caput se rapit. tunc enim repletis venis cerebri membrana distenditur et somni salubritas frequenter excluditur *Veg.* ‖ 27 stomaticus: *corr. B* ‖ 28 in ictum: *corr. B* | scriptum | quo sic: *corr. B*

facit capitis dolorem, quae graece cephalo*po*nian appellant. quod si in una parte cerebri haec corruptio veni*t* et inundaverit, ex eadem parte doloris gravatus amens fit apiosus. ex qua gravedine in illam partem corporis girat tanquam post molam. unde nec videt, cerebro enim vis*us* in oculis pascitu*r* et in corde sensus. inde haec omnes valitudines, quae e cerebro oriuntur, nec vident nec sanae mentis sunt.

freneticus autem fit, cum medio cerebro corruptio san- **258**
guinis gra*v*ando membrana tenderit nimis. ex quo fervore sanguinis et tensionis totius capitis a cerebro et insanus fit. unde subito persaliet, praesepium exilit vel parietibus, et exfrenat et inregibilis impingit.

cardiacus autem fit a nimia epifora totius sto*ma*ci et **259**
toracis strictura et concussione cerebri et pressura cordis a corruptione sanguinis ex ratione s. s. unde contingit totius corporis sudor et alienatio mentis, de qua causa difficiliter liberantur.

haec similis ratio tor*a*cis si *a*pioso contingerit, rabio- **260**
sum facit ex ard*o*re nimio iocineris . . . cordis et spa*s*mus nervorum in corde constringitur. ex qua constrictione et rosione ipsius loci mordendo se comedet et amentatus a corde fit his valitudinibus s. s. aliquando iumentum de periculo liberatum, si contingerit ei post curationem, ut aliqua pars cerebri minuabitur vel plus intumuerit, post sanitatem semper erit *ineptum*. cuius **261**
signa erunt haec. piger fiet, etiam et in ambulandum tardius sequitur et in illa parte capitis, *u*bi *viti* ea causa inesse videtur, difficiliter se praegirat et in eam partem ambula*n*s illo latere parieti se iungit. si eum in contraria parte conatus fueris in ambulandum ducere, vix

---

1 cephalonian ‖ 2 *Veg. III 2* | venisset ‖ 5 ad molam *Veg.* ‖ 6 visis | pascitus ‖ 9 *Veg. III 3* ‖ 10 gradando ‖ 14 *Veg. III 4* | stoci, ci *suprascr.* ‖ 19 *Veg. III 5* | toricis | a opioso ‖ 20 exardere: ex ardore enim nimio iecinoris et sanguinis venae cordis nervique praefocantur *Veg.* | spaumus ‖ 26 ineptum *suppl. Veg.* ‖ 28 subici: *corr. Veg.* ‖ 30 ambulas

119ᵛb persequitur. si per aliam partem tenueris | eum ad ambulandum ducere, facilius sequ*itur*. hic erit semper habens pabula*m*. in ambulandum non sentiet plagam, qui et ambulaturam suam perdit. ambulabit semper submisso capite, quam vix a terra allevabit. sed *si* eum statuere voles, quomodocunque steterit, et si cancellatis pedibus vel extensis, non se movet nisi difficiliter, quasi de somno exper*rec*tus videbitur. hic et minus viderit semper
262 curat*o* corpore et *s*anus. qui nec cibum nec potum recusat. quod est insania*e* genus, cuius curatio difficilis est. quem sic curare volens curabis eum cyclo. difficiliter post curam ad sinceritatem mentis reverti possunt. omnibus autem valitudinibus s. s. sanguinis emissio de temporibus prior est, sed *et* de matrice aliquando. cura autem omnium paene similis adhibetur. quarum valitudinum cura et potiones singulis capitulis suis inferius demonstratur.

263 XI De cerebro commoto. si quod iumentum cerebrum commoverit, hic morbus nequam erit. signa erunt haec. pravus ambulabit et pedibus subinde offendit. simul si iungere eum voles et eius caput si strinxeris, validus sub iugo cadet. sic eum curabis. baccas lauri numero XX, nitrium ℈ semis, rutae manipulum, omnia haec bene trita cum aceto acro et oleo rosaceo optimo. ex his omnibus praemixtis perungito caput eius et cerebrum, et inter auriculas imponito crebellare de pelle lanata aut pannum
264 similiter. si haec non habueris, sumito farinam ordeaceam et resinam, ex eo cataplasma imponito in cerebro. si nec hoc habueris, cerotum facito [et] ex oleo Ciprino et cerotum in linteolo inducito et imponito inter auriculas. reliquum corpus potionibus curabis sic. cancros fluviaticos

---

1 *sq.* ad ambulandum ducere *del. B tamquam* διττόν *ex p. 77, 31* ‖ 2 seq̃ *sic* | habens: avens *M*; amens pabulans *B* ‖ 3 pabulans ‖ 5 sic ‖ 8 expertus: *corr. B* ‖ 9 curatu | vanus: *corr. B* ‖ 10 insania ‖ 11 si curare voles *B* ‖ 14 et *add. Veg.* ‖ 18 *Veg. III 7; H 251, 5; Pelag. 50* ‖ 24 non acro *Veg.*

tres conteres et brassicae perinfundito ⊣⊢, lactis sextarium, olei ciatos II, percolato, haec ita dato per os. si haec non habueris, aquam mulsam facito, mellis **265** ciatos ·II·, aqu*ae* caldae sextarium ·I·, croci ciatum ·I·, eadem coquito et da ℔ libram. ex his omnibus admixtis pastillos facies, qui s. s. ex aqua frigida diluitur et cremorem facito et dare bibere. et si non habueris aquam, noli dare, ut illud bibat. si *hi*eme curabis, sumito farinam triticeam et dato eodem modo, sicut s. s. sic sanum fiet.

XII ABSIRTUS de capitis dolore. capitis dolor si fuerit, **266** qui morbus graece cephaloponia dicitur, id est cephalargia, signa erunt haec. caput, auriculae ei iacebunt et oculi gravitatem patiuntur | tempor*aque* gravitate conligata **120**r a erunt nec cibum appetit. et quibus iam morbus inest, †causa caput post se, ambulans vacillat corpore toto crebroque et umbram suam naribus aspiciet. hoc accidit ex corruptione sanguinis, quae Graeci diaf*t*ora appellant, tunc, cibum, quem conceptum venire oportet in duas partes, ita *ut* natura postulat, si in his constet venis, qu*ae* circa tempora, et membran*is*, qu*ae* cerebro sunt. quibus venis **267** praeobturati*s* distentio sequitur. quae non solum capitis dolorem praestat, sed et reliquum corrumpit corpus. curatio eius rei haec erit. sanguinem ei detrahito a temporibus. cum satis tibi visum fuerit, oleo et aceto commixto caput perunges. si autem *hi*ems erit, ordeum pridie infundito et decoquito, ut caldum fiat, et in saccellum mittito et caput eius *b*ene fove*t*o quamdiu; antequam refrigescat, bene vaporato. sanum fiet.

---

1 conteres diligenter et cum duabus unciis succi caulium addito lactis sextario *Veg.* ‖ 2 colatum per os diffundes ad cornu *Veg.* ‖ 4 aqua | calde *post* sextarium I ‖ 5 da: adipis lib. I *Gothanus Veg.* ‖ 7 tremorem ‖ 8 sigeme ‖ 14 tempore quae ‖ 16 *Veg. III 8, 1 sq.* | causa: quassat *B* | post se: ponit? ‖ 17 umbramque suam velut odorantes expavescunt *Veg.* ‖ 18 dyafora ‖ 20 ut *scripsi*: in | quo ‖ 21 membra neque ‖ 22 praeobduratio ‖ 26 rems: *corr. Veg.* ‖ 28 vene fovero | aqua diu *B*

268 XIII FARNAX de capitis dolore. qui capitis dolore vexabitur, signa eius erunt haec. tumor circa oculos erit, caput mobile habebit et pabulum recusabit, et lingua et palatum et labia turgescunt. ex his locus si obduraverit, quantum morbus crescit, eo magis caput turgescit. sic eum curato. sanguinem de palato mittito. creta Cimolea ex aceto [et] infusam et merdam bubalam recentem et cominum tritum, haec omnia admisces, bene maturam facito et in cacabo super carbonibus bene caldum linito. curabis tamen, ne eam cretam in capite eius adstringas, et *aceto* acro rigabis. deinde et calda ad curandum eum fomentabis. hoc idem facies, donec sanum fiet.

Sotionis de capitis dolore 14 *cap*

269 XIV De capitis dolore. si caput doluerit, sic intelligas ex gravedine et ex eo quod assidue praesepio caput deponat, et ex eo quod adlacrimatur. sed oportet flebotomare eum desub oculis *aut* temporibus vel de palato. et abstineto a cibo et potu *primo* die et sequenti die, et pro modo dabis ei bibere, deinde fenum adponere et furfures et paleas debes. vesperum potu dato et ordeum pusillum cum palea et paulatim cibum et potum adicito, quousque sanum fiet.

270 XV SOTIONIS aliter de capitis dolore, si fuerit. et hoc circa boves fieri solet. et si aliquod rotundae ungulae caput doluerit, difficilis cura videtur esse. signa habebit 120ʳb haec. tempora | eius colligantur et male escatur et ambulans *v*acillat et agitat se toto corpore. evenit autem haec valitudo, quando in venis cibus corruptus fuerit.

271 curabitur autem sic. sanguis mittetur eis de temporibus. hoc quando statueris, perunges eum aceto et oleo mixtum, hieme vino et oleo similiter, et perungetur sequenti die ex ordeo sacellione vaporato hieme ex aqua triticea cruda, *ac*state ordeacea. et si minus videatur a te profecisse,

---

1 *Veg. III 8, 1 et 4* ‖ 3 ligua ‖ 4 hic | se obduraverit. *B* ‖ 7 et *primum del. Veg.*, et *alterum potius B* ‖ 10 adstringat ‖ 11 aceto *addidi* ‖ 13 *Veg. III 8, 5* ‖ 14 *in marg. pro* cap. *extat haec nota* 7 ‖ 16 autem | *sq.* abstinet ‖ 17 primo (*i. e.* I) *addidi* ‖ 26 facillat ‖ 30 vini ‖ 32 a testate | a te *ut διττόν* (*pro* a testate) *del. B*; autem?

ficus virides in sacellione mittes et decoques et facies cum aqua ad sextarium, infundes per os et deambulet pusillum. unctionem autem facias baccas lauri grana nu- 272
mero XV et irin Illirica ʒ II, rutae quod sufficiat. haec liques diligenter, perunges tempora et nares eius et frontem calido, si hiemps fuerit; si aestas, sic illa uteris, quomodo est. hoc et circa omnes caput dolentes fac. utere autem et clistere ex nitro et melle et oleo et aqua. ante produces stercora ex aqua calida et cataplasma ex farina ordeacea commisces, resinam duram aut fici radices coques. adiuvat enim et in bubus.

XVI De capitis morbo FARNAX. quem sic cognosces. 273
caput et auriculas demissas habuerit et in ambulationem conquassatur, toto corpore feritur, nec enim cibum sumit. sic eum curabis. sanguinem de temporibus detrahes et desub oculis. tempora curabis sic, *ut* s. s. sanum fiet.

de capitis morbo POLICLETUS sic scripsit. cum a 274
capite morbus oritur, primum cadet illi reuma in caput et caput ei grave fit nec oculos erigere possit. nisi forte accesseris ad . . . auriculae *ei* stabunt, oculi graviores erunt, et spiritus crebro ducit, nonnulli rigores insequuntur et pilos horridiores habebit, difficilis servit. eum morbum sic curato: et sanguinem emittito dextra sinistra de collo et abstineto ab aqua, ne nimis bibat. curato caput eius, sicut supra scriptum est. sic sanum fiet.

XVII FARNAX de distensione. quod iumentum a 275
distensionem laborabit, signa erunt haec. caliginem patietur sive tremet totus. haec autem valitudo accedit, si quando iumentum ex aquae epifora et indigestione non dormierit et substrictus manserit. | huic membrana 120ᵛa
capitis tenduntur et refrigerationem sanguinis non pa-

---

1 eum ‖ 5 liges ‖ 6 collido *vel* callido *cod.* ‖ 14 fervitur *M* ‖ 16 ut *scripsi:* eum ‖ 17 Pollicletus ‖ 20 ei *M*: et ‖ 25 sicut supra scriptum est *in cod. ad initium cap. XVII delata* (sicut *usque ad* totus *l. 28 rubro scr.*): *transposuit L* ‖ 27 ad extensionem: *corr. B* ‖ 28 *Veg. III 9* ‖ 29 aqua ‖ 30 membra ‖ 31 distenduntur *Veg.*

tiuntur, unde et minus vident. haec autem valitudo initium est et ceterarum valitudinum: quod membrana
276 capitis sine somno, oriuntur. si hoc enim in initio curatum non fuerit, ex hac re fiunt apiosi, insani, rabiosi, frenetici, cardiaci. horum autem omnium cura capitis prima est. ceterae prout se ostendiderint causae, aliis adiutoriis adiunctis medentur. sic eum curabis. qui a distensione pressum fuerit, sanguinem ei de cervice emittito, in quantum pro magnitudine corporis aestimabis. et aceto et oleo aestate totum corpus perunctum perfrigabis. sed loco refrigeranti et tenebrigoso inclusum habeto et ster-
277 cora mollia obponito, ut se proicere possit. devita loca calidiora et exiguo cibo eum alimentato furfure et palea vel lactucarum folia, non multum, sed ut alimentum habeat. potum praeterea similiter exiguum dabis. et si coeperit melius habere, mediocribus ambulationibus eum exercebis. cum iam tibi visus erit posse cibaria accipere, ordeo infuso paulatim per crementum adduces. si intra dies V vel *VI* non proficerit, sanguinem ei iterum de temporibus emittito et curato caput et hunc curando
278 deserere noli. potionem dabis eam, quam opioso. accepta sanantur. nasturcii semen ℈ uncia, apii semen ℈ ÷, argallicum ℈ ÷, petrosellium ℈ ÷, anetum ℈ ÷, papaveris silvestri semen pondo ÷, piperis ℥ numero ·III·, croci ℥ ·I·. haec omnia bene trita et cribellata ex aqua tempera et trociscos facies, ut habeant ℥ singulas. et hoc ex aqua dabis dissolutum trocis*cum* unum in dies singulos per plures dies, donec sanum sit. si cibum non appetit, [et] ex suco ptisanae unum trocis*cum* solutum diurnum dabis. vinum nunquam dederis. haec enim valitudines accepto vino in peiora vertuntur.

---

3 somno: *sc.* sunt ‖ 7 medetur ‖ 10 perfrigabit ‖ 12 debita: *corr. B*, declinabis *Veg.* ‖ 15 positum: *corr. Veg.* ‖ 16 sic operit melius ab re: cum convalescere coeperit *Veg.* ‖ 17 cibaria largiora *Veg.* ‖ 19 VI scripsi: ei *(ut puto, pro* ui *i. e.* VI); die septimo *Veg.* ‖ 22 apii seminis, ⟨seminis lactucae⟩ *Veg.* ‖ 23 antrum ‖ 24 siluri: *cf. infra 286* ‖ 27 trocis: *suppl. Veg.* ‖ 29 tpisane | trocis ‖ 30 nunquam *Veg.*: quem

XVIII Si quod iumentum opiosum fuerit, signa demon- **279**
strant haec. in praesepio incumbit, oculos tensos habebit et auriculis dimicat, et non multum videt et oculi eius lacrimabuntur, et girat tanquam post molas. hic erit opiosus.
sed si in rabiem conversus fuerit, sic intelligis. | subito **280** 120ᵛb
hinniet tanquam sanus, et morsu appetit aut parem suum aut hominem, aut praesepium perrodet aut ilia sibi morsicis comedet. sic eum curabis, tanquam opiosum. loco tenebroso eum includes, ordeum ne dederis, et mollibus cibariis iuvabis. magis tamen apium viridem prius, quantum volueris, ei da. sanguinem de temporibus detrahe vel de cervice quod satis fuerit. caput ei curabis sic acopo peruncto hoc: oppoponace ℔ -:-, resina terbentina ℔ ·II·, galbani ℔ ÷, [opponace ℔ ÷], resina fricta ℈, mastice Chia pondo ÷, cerae libra, oleum vetus pondo ÷ .
ex hoc ei cerebrum frigas, et oleum liquidum in auriculas **281**
suffundito, et ex sacellione cerebellum vaporabis cerebellare opposito vel acopo. quo modo caput inungito et ex potione sic cottidie potionato et collirio acri sic eum inungueto cottidie, ut caligo eius auferri possit. si ex hoc non profecerit, caput ei ures et tempora sic sub ipso protocomio semisse iustissime ures, vel pinna empiema facies, hoc similiter et super venas temporales facere curabis. plerique tamen tabulare in palato usto solo sani
fieri possunt. illa enim ustionis restauratio et nimius **282**
fervor facit membrana capitis alienata ad sanam mentem pristinam et sanitatem reverti et salivae plus flegmatis aufert. medio autem die adposito freno herbam aut fenum

---

1 *in marg.* XIX cap. ‖ 2 densos: *corr. Veg.* ‖ 4 maleos: *corr. Veg.* ‖ 5 *Veg. III 11* ‖ 6 inniet | morsus: *corr. Veg.* ‖ 7 porro det | mordicans *Veg.* ‖ 10 iubabis ‖ 11 voluerit *Veg.* ‖ 12 *sq.* si cacabo: *corr. Veg.* ‖ 14 resinae frixae uncias III *Veg.* ‖ 15 masticis tritae uncias II *Veg.* | utrius: *corr. Veg.* ‖ 16 solum: *corr. Veg.* ‖ 18 apposito *Veg.* | vel coco: *corr. Veg.* | inumto *sic* ‖ 19 potionata | collirii | *sq.* in unguero ‖ 22 hiempima: ἐμπύημα *B* ‖ 24 tabi lare: *corr. Veg.* ‖ 25 et nimius *B*: enim his ‖ 26 fervor enim foci debilitatem capitis tollit *Veg.* ‖ 27 salibera: *corr. B* | flegmates ‖ 28 adfert

adpones et ordei pusillum, deinde innovabis *ei* clisteria, tolles et ante stercora ano inhaerentia et iniusta, et post exinanitionem iterum infundes cucumeris agrestis aqua decocta, et fumigatur farina infusa in *vi*num aut galba-
283 num, et infunditur intra *cucumeris* agrestis reliqua pars tusarum, miscentur galban*i*, nitri obolum, deinde solvitur aqua, ex sextario infunditur per qu*a*triduum tantumdem cottidie, aut stercore sicco humano, quod commiscetur post sanguinis detractionem. sed si non refrigaverit, infunde compositionem talem. rutae agrestis et arthemisiae *ae-qu*am partem, radicem tundis et conteres et addes galbani, *ni*tri *o*bolum, resolves in aqua, sextario uno infunde per qu*a*-triduum, 4^{tam} partem medicamenti per singulos dies dabis.

121r a 284 XIX. Sotionis de insania. | si quod iumentum a bile sicca insani*us* fuerit factum, tanquam rabiosum sit et propter pedum dolorem rabiaverit, signa erunt haec. oculos habent fulgentes et sanguineos, et totus mali odoris fit, naribus etiam adaper*tis* et quasi sudans fit, aliquando et excutiet se et levius sudat et labia... adiutoria utemur sanguinis detractione de capite et iugularibus venis et de
285 pulpis pedum. calefactionem autem praestare ab igne et fumo et infundere aceto cum aqua aequali mensura ad sextarium unum tepidum, ut faciliter ebibat, ut iterum possis dare. et adpone herbam *sta*fisagriam et teres, tum vini sextarium ·I· plenum infundes ei per narem sinistram etsi non v*i*. ambulet. ex hac respiret. elebori albi ℥ ·I· teres et commisces cum vini dulcis sextario et infundes per os, ut venter ei solvatur. sed si eleborum defuerit, scammonea ℥ II similiter, sicut s̃, e*i* dabis. et si inutilis fuerit aut senes aut novellus, exiguo uteris.

---

1 ciclisteria ‖ 2 iniusta: mista? ‖ 4 unum ‖ 5 cucumeris *addidi* ‖ 7 quam triduum: *corr. B* ‖ 10 *sq.* acervam partem: *corr. B*; *an* acetabulum? *cf. p. 92, 8* ‖ 11 *sq.* galbani tribulum ‖ 12 *sq.* quam triduum ‖ 14 *Veg. III 12* ‖ 15 insanis ‖ 18 adaperus *sic* ‖ 19 *supple* demittit, *cf. supra 115* ‖ 20 de iugularibus venis, de palato et post de cruribus *Veg.* ‖ 21 ingne ‖ 24 istam fis agriam ‖ 26 et si non vis ‖ 29 escamonea | et dabis

XX Si quod iumentum insania plenum fuerit, signa 286
erunt haec. subito somnum patietur et contremiscit toto corpore, circa musculos armorum frequens erit tremor et sudor nimius circa totum corpus, rigido capite attonito, quasi de curru veniens auriculas dimicat, quasi quo spiritu terreatur; salivae multae candidae per os fluent, stare nescit, sed frequenter girat et pedibus terram contundit. sic eum curabis. sanguinis emissionem facies ex temporibus et de palato. potionem dabis hanc. opii ℈ II, hyosciami ÷, anesi ÷, apii semen ʒ II, papaveris silvestri ʒ ·I·, haec omnia tusa et trita. ex his cochlearium ·I· ex aqua dabis, vel si cibum non accipit, [vel] ex 287
suco tisanae similiter potionabis. curabis loco tenebroso eum stare et refrigeranti. cuius caput et auriculas oleo et pice liquida saturabis et tempora ei munias vel cerebellarem impones, sudorem absterges, ex aceto et oleo et mirta arida contusa commixta totum corpus perfrigabis, et silentium facias, ut dormiat. ordeum ne dederis. apio viride vel lactuca cibabis. hac ratione si sanum non fuerit, prosequi solent signa haec: hebes fiet, non suae mentis erit et in ambulationem non per . . . post ustionem cura tamquam roborosos.

XXI POLICLETUS de insania. si quod iumentum insania 288
temptatum fuerit, signa huius erunt haec. oculis ardentibus erit, tanquam reumatici videbuntur, auri|culae sta- 121ʳb
bunt, et nemo eum capere potest tanquam indomitum; cum prensus fuerit, conatus in pariete pectore expellet. sic eum curato. sanguinem de toto corpore emittito, cooperito caput illius de vestimentis vel quadrupedem deligato, et opertoriis operitur bene, ut sudet. si sudaverit et dormierit, sanus erit. et in tenebras eum statuito, et silentium fiat, ut dormiat. sic eum curato. potionem hanc 289

---

5 quos ‖ 8 *Veg. III 12,5* ‖ 10 *sq.* silu̅ri ‖ 12 [vel] ex *Veg.* ‖ 15 minuas: *corr. Veg.* ‖ 21 per⟨get⟩? prodiet? ‖ 23 *Veg. III 12, 1* | Pollicletus ‖ 27 parietibus se illidens conetur effugere *Veg.* ‖ 28 si ‖ 32 *Veg. III 12, 6* | si

dato. herbam saxifregam, quae nascitur locis humidis, pondo ·II·, pistato in pila, ex aqua mulsa dato. si hoc non habueris, lactis caprini sextarium ·I· . quod s. s., in unum dato, usque dum somnum adducas. si somnum adduxeris, sanum fiet. si hoc non proficerit, potionem hanc dato. cominum rusticum, qui similis nascitur aniso, ℔ ·II·, tundito in pila et cribellata ex aqua mulsa dato et oleum obolum addito et sic ei potionem dato. si hoc non habueris, de suo sibi circum brachiolo vellito et fumigato. sanum fiet.

290 XXII SOTIONIS de insania. si vertig*in*averit et furiam passus fuerit, hoc *e*glipsis patitur assidue, et laboriose giraverit. intelligitur autem passio ex eo, quod sanguineos oculos habeat et se ipsum mordet et tremet, totus sudat et calcitrat et exilit ad mordendum homines et fodit terram, in praesepium se proicit et ad parietem
291 caput ponit. curatur autem hoc modo. solve illius iugulare*s* venas, satis sanguine detrahito, abstines a cibo illa die, qua fl*ebot*omabis, et infunde per os turis dr., e*x* a*c*re solves aceti albi sextarium ·I·, *et* panacis radicem, et auferes quae in ano sunt stercora. clisteria per quatriduo et da manducare in *c*ibariis aut porros aut fenum molle aut herbam. *a*t ubi refe*c*eris, da ei cibum, quod consuetus erat.

292 XXIII SOTIONIS de insania, si quod iumentum insaniam patitur. *e*venit hoc autem a calore solis validido et si multum cibum ediderit. cognoscetur autem ex eo, quod pes eius contrahet, iterum se transferet et quod in altum saliat et se convertat etiam, ut mordeat, et caput in praesepium conlidet. defluent de ore flegmata gracilia multum, et sanguineos habet oculos et in gressu gravabitur et adlevare caput non potest, piger fiet et

---

1 saxifragae *Veg.* ‖ 3 *Veg. III 12, 4* ‖ 11 vertigmaverit ‖ 12 hoc = ob hoc | glipsis: = ἐκλείψεις *B* ‖ 17 *Veg. III 12, 2* | *sq.* iugulare ‖ 19 flomabis | drecare: dr., ea resolves *B* ‖ 20 *Veg. III 12, 3* | epanacis ‖ 22 tibariis ‖ 23 at *B*: aut | refecteris ‖ 25 evenit *B*: et venit ‖ 26 ediderit = ederit ‖ 29 *Veg. III 12, 1*

tensus intus ululat, mugit, os convertit. cooperies ei oculum et colligas firmissime, ut insano et caeco similiter. curatur autem sic, sanguinis detractione multa | de pa- **293** 121ᵛa
lato aut de collo et de cruribus, et alia die mane bibat aquam frigidam. deinde datur ei fenum et tertia die infunditur anacallidis tritae. est autem genus herbae flore *rus*seum pusillum, et granula in partes in foliis pusilla inhaerentia; dicitur a quibusdam miosota †ur . . . anagallidem tritam cum aqua sextario ·I· [trita] ei in os infunde. sed frenum impone, ut contineat. . .

. . . sequetur. quasi oculis dormitantibus erit et in **294**
praesepio assidue decumbit et capite parietem expellit, qui nec cibum appetit, [et] nisi ei manipulos offeras, ut manducet. subito quasi dormiens hebes fiet, labrum superius depravare incipiet, quasi paraliticus aut sideraticius, et vix ad se redit. eius labra sole*nt* in novissimo acrovaricia fieri, vel alia signa insa*n*iae peiora ostende*r*it. sic eum curabis. sanguinem ei de cervice dextra sinistra mittito, prout se corpus habuerit. potionabis sicut s. s. solet haec valitudo haec signa in novissimo adferre, **295**
ut fiat insanus simile rabioso. tensus erit, ut aestimes eum suae mentis esse. oculi lucidiores sunt et quasi sanguinei, et morsibus hominem persequitur et propodas hominem percutit similiter et calcibus, non patietur hominem sibi accedere, sed ut fera bestia hominem ore patenti capiet. cibum suum conficit. interdum aliquibus diebus quasi suae mentis factus adquiescit, et interdum iterum similiter faciet. sic eum curabis. religas **296**
eum ad praesepem et curcubam ei impones, caput ·vervenis fo*v*ebis et sinapisabis et suffumigabis soporibus. hoc facies

---

1 sensus: *corr. M* ‖ 3 *Veg. III 12, 2* ‖ 6 *infra 533* flosculum habet oculum rotundum et valde exiguum | florisseum: *corr. B* ‖ 8 miossotaur *sic*: = *μυόσωτα*, *postea macula rubra*, *in qua* is(?) g̊ *legere mihi videor*: miosota teris ergo *B* | anangallidem ‖ 13 et si *B* ‖ 14 *Veg. III 39, 1* ‖ 16 solet ‖ 17 *i. e.* *ἄκρως* varica (= distorta) *B* | insane | ostenderet ‖ 30 fòllebis

per plures dies. si ex hoc non proficerit, ures ei medio caput a vertice a fronte tribus locis in trigono duobus digitis distantibus. ures ei temporales venas decusatim similiter et labium per contrariam partem, sicut sidoratici uruntur, sicut s. s. , pice liquida et oleo perungues. solent et religari et stercore obr*ui*, ut i*n*sudent et obdormiant. cui si somnus venerit, sanum fiet.

LIBER IV.

297 1 de rabioso
2 de cardiaco
3 de cardiaco
4 de frenetico
5 de linioso
121^{v}b 6 de emplectico |
7 de alienato
8 de rovoroso, ibidem est et poti*o*
9 de s*i*nacen
10 de fragmam
11 de ydrof*o*ban
12 de spasmo
13 de caduco
14 de caduco
15 qui aquam voment
298 16 de ciferinon
17 de sideraticio
18 de solis percussum
19 de *c*ruditate
20 de buli*m*o
21 de paralitico
22 de polippo
23 de maleos, id est morbos articulares

---

4 sidoratici = sideratici ‖ 6 *Veg. III 12, 7* | obririutim (*sic*) sudent: *corr. Veg.* ‖ 7 *subscr.* explicit liber tertius incipit liber quartus ‖ 13 linioso = lienoso ‖ 16 potius ‖ 17 snacen ‖ 19 ydrofaban ‖ 24 quiferinon ‖ 27 ruditate ‖ 28 bulinio

24 de eruptione v*u*lsi
25 de plectora
26 de suspiria
27 de suspirio arido
28 de succutan*e*o qui s. s.
29 de farciminoso
30 de arida tusse
31 de pulmonis labore
32 de dolore qui s. s. **299**
33 si vexabitur a qui s. s.
34 de orto*pn*oico
35 de orto*pn*oic*o*
36 de litargico
37 de morbo regio
38 de bile
39 de bile arida
40 de vomica
41 de podagra
42 de orthocolo
43 de tussi ab inferioribus
44 de *em*fraxin, id es*t* de obturatione
45 de timpanitico
46 de obturatione
47 de ydropico
48 de fartoso **300**
49 de ecederm*ia*
50 de *sin*tectic*o*
51 de ictero
52 de strophoso
53 de iocineris dolore
54 de labore qui supra
55 de dolore qui supra
56 de ventris inflatione
57 de stentini versione | 122^{r}a

---

1 volusi: *corr. infra 357* || 3 suspirioso *infra 360* || 5 succutano: *corr. infra 363* || 11 ortotonico || 12 ortotonito || 21 cenen fraxinides || 26 ecederamus || 27 emtection || 34 versatione *infra 420*

301 I Si quod iumentum rabiaverit, sic intelliges. subito hinniet, auriculis erectis dimicat, capite erecto erit, nec stare poterit, sed girat interdum, quasi quaerens aliquid. solet tremor et sudor aliquando esse, et non patietur accedi sibi et [non] praesepium corrodet; aut si quis circa eum iumentum steterit, totum eum comedet. solent ilia sibi sic comedere, ut intestina sua foris extrahant, et clamant frequenter. plerumque haec valitudo sanis contingere solet, cui tamen obripi poterit. sic eum curabis.

302 sanguinis detractionem facies de temporibus et de auriculis aut de cervice dextra sinistra, paene de omnibus membris. haec enim valitudo accedit ex abundatione sanguinis. potionibus autem adiuvatur haec cura eis similiter, sicut superius insan*o* demonstra*vi*. sanum fiet. quos soli depressos inveneris, recludes eos et frigida perfundes, *au*t moriuntur. solent autem et quiqui ab eo morsi fuerint, similiter rabiare.

303 II ABSIRTUS de cardiaco. si quod iumentum cardiacum fuerit, signa erunt haec. cuiusmodi autem fit nitidus toto corpore et totum ventrem sursum versus ducit et diu subversus plurimum expectat, qui et tristis fit . . . haec sunt signa. quae curantur sic, ex rebus termaticis qui excalfaciunt, quas et per nares suffundes et per os prensa li*n*gua: piper tritum bene, in quo admiscebis vinum et oleum, aut scilla trita aut lauri folia aut thus aut aristologiam aut mirram aut cominum aut aliis rebus similiter, quae solent excalfacere. *e*scis eum aridis cibare iubeto. habeant

---

1 *cf. Veg. III 11* ‖ 2 inniet | demicat ‖ 3 guirat ‖ 5 non: nonnunquam? *vel* morsu? mordicans *Veg.* ‖ 9 obripi = obrepi *B*, abripi? ‖ 14 insana demonstrabis ‖ 15 solide pressos ‖ 16 aut *scripsi:* et ‖ 18 *H 98* ‖ 19 *λαγαρὸς γίνεται: scriptor Latinus λιπαρὸς vel legit in exemplari suo Graeco vel confudit cum λαγαρός* ‖ 20 *sq. ἀνεσπακὼς τὴν γαστέρα, κατωπός ἐστι καὶ λελυπημένος οἵ τε ὄρχεις οἰδοῦσι καὶ τὸ γόνυ* ‖ 21 expectat = spectat ‖ 23 prenssa ‖ 24 ligua ‖ 25 stilla ‖ 26 *ἢ σμύρναν ἢ θύμον | ἢ τοῖς ἄλλοις θερμαντικοῖς* ‖ 27 vescis: *corr. B* | aridiis

opertum corpus. vino et oleo suffricabis. habeat autem **304**
coopertum pectus, et totum ventrem eius su*lfure trito*
et oleo fricare te oportebit. curabis autem, ut, ubi stat,
mundum sit et substratum habeat *e* rebus, quae odorem
5 faci*a*nt, murta aut laurum aut huius simile aliquid. cum
quando autem hoc vitium si*gna* haec [equa] excesserit,
ut s. s. est, ut ambulare non possit et pedibus infirmus
sit, et de pariete in parietem se conlidet, et fantasietur
et caput demissum habeat, dolore satietur, et quotiens
10 adlevare se volet, non potest, ut exuitus s. s. . . . qui
exuitus eius incadet et vix meiet. scire autem debebis
in hoc et fele eius in ipso iecore solvere. unde hic vi-
vere non potest.

III Si quod iumentum cardiacum fuerit, signa | erunt: **305** 122^{r}b
15 huius in*cl*inabit caput, in ambulationibus non sequitur.
haec ergo signa cui accedent, talem ergo desperare de-
bebis. curabis autem, sicut s. s.

IV POLICLETUS de frenetico. si quod iumentum frene- **306**
ticum fuerit, signa erunt huius: oculos subturbolento*s*

---

1 *ἔστω δὲ ἐσκεπασμένος τὴν κοιλίαν, μάλιστα δὲ τὸ στῆθος, καὶ τρίβειν θεῖον μετὰ ἐλαίου καὶ διδόναι* ‖ 2 substricto: sulfure trito *substitui* ‖ 4 substractum | e *addidi* ‖ 5 faciat ‖ 6 si⟨gna⟩ *M*: si | *sqq. ὅταν δὲ γένηται πρὸς τοῖς γεγραμμένοις σημείοις, ἀδυνατεῖ τοῦ περιπατεῖν, ἀναγκαζόμενος δὲ παραφέρεται εἰς τοὺς τοίχους καὶ τῷ ἀπαντιῶντι ἐμπίπτει καὶ κατωπός ἐστιν, ὡς προείρηται, καὶ ἰδροῖ τὴν κοιλίαν καὶ τοὺς ὤμους, ὡς καὶ τρόμον ἐν αὐτῷ καὶ σπασμὸν γίνεσθαι καὶ πίπτειν ἀθρόως καὶ μὴ πλατύνεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὴν κοιλίαν κατακεῖσθαι ὀδυνώμενον σφόδρα καὶ μὴ ὑπομένειν. ἐγείρεσθαι δὲ θέλοντα μὴ δύνασθαι ἀλλὰ μετὰ βίας, καὶ ἀνεσπακότα τοὺς διδύμους εἶναι, τό τε αἰδοῖον προβάλλειν καὶ προίεσθαι τὸ οὖρον κατ' ὀλίγον. γινώσκειν δὲ δεῖ, ὡς τοῦ τοιούτου παρεμπέπτωκεν εἰς τὰς ἀρτηρίας ἡ χολὴ καὶ ἐπὶ τὴν καρδίαν ἐνήνεκται καὶ ζῆν οὐ δύναται.* ‖ 10 exuitus = *αἰδοῖον?* | *sq.* non potest, ut ex vi testes ⟨quoque eius adsurgant⟩ et vix meiet. scire autem debebis in hoc ⟨causam esse fellis⟩, quia venis eius incadit, et fel eius in ipso se corde solvere *B* ‖ 15 inoppinabit ‖ 18 Pollicretus ‖ 19 erunt haec *aut* huius ⟨haec⟩ *W* | subturbolentus

habebit, nares et auriculas subrectas, sed mordebit nec patietur accedi ad se. oportebit ergo ex cervice vel ex pectore huic sanguinem emittere quasi ad sextaria III, uti autem lavationibus. et hoc illi dabis. radicem silci in vino leni odoratu infusam unam eminam per nares infundes tam diu, donec sanum fiat. sunt autem somnifera optima. ad defectiones autem et ad lassitudines silci radicem ℥ IIII, rutae acetabulum. tantundem infusis et liquatis uteris.

307 V De lininoso. si quod iumentum lininosum fuerit, signa erunt haec. in oculis anguli vertuntur, et tardius ambulat. est autem haec passio initium rovorosi, quibus accedere solet, ut latera eorum tumorem ingentem adferant paene usque ad cervicem et media spina alvei similis concava fiat, quibus et maxillae constrictae fient et in oculis anguli vertuntur. hic erit liniosus, ab eo quod plancto nervum media spina positum constringat totum caput et cervicem, unde et [in] anguli oculorum convertuntur et
308 stricturam omnium commissurarum patiuntur. hoc autem accidit ex nimia perfrigatione, si quando tergora eorum nives aut grandine aut pluvia nimia passa sunt, inde quo plerisque contingit. sic eum curato. sanguinem de cauda detrahito non multum, ne rigor rigorem insequatur. in eo sanguine admisces merum et oleum, calefacies et ipsa hora perungues cito totum tergus et cervices et supra sacellionem ex furfure calido impones, ut totam spinam
309 et lumbos tegat. altera die destringes eum diligenter et eam unctionem eum perfrigabis. super quam similiter sacellionem vaporabis: medulla cervina pondo libra, manna

---

4 silcu ‖ 5 unam *scripsi*: in eam ‖ 7 *in marg.* non de silci radice ‖ 10 *Veg. V 27* ‖ 11 agruli: *cf. 316* ‖ 12 in intm *sic*: principium *Veg.* ‖ 14 albei simile conca ‖ 15 *sq.* anguli *scripsi*: sanguine ‖ 16 hiis erit ligosus adeo ‖ 18 munde | in: ei? | agruli ‖ 19 omnem ‖ 20 tergo | *sq.* cum animalium dorsa aut frigore aut pluvia aut grandine caeduntur aut nivibus *Veg.* ‖ 21 nives aut *B ex Veg.*: universa ut | *sq.* id quod *B* ‖ 28 unctione eadem *Veg.*

thuris uncias III, vidella uncias III, castoreum ℥ II, oppoponace ℥ II, apochima ℥ II, resina terbentina ℥ II, resina fricta ℥ III, cerae pondus ⊣⊢, oleum laurinum sextarium ·I·, oleum Cyprinum emina, oleum daucinum sextarium. omnia haec s. s., sicca quae fuerint, tusa et criblata, iam cetera supra carbones | soluta in tepida, admisces ea quae creta sunt, et repone in vase novo. potione hac eum cottidie potionabis: absintium pondo ℥ ·ʂ·, aristologia ℥ III, vectonica ⊰, petroselino ℥, trisaginis ʃ, turis masculi ℥ III, castorei ℥ II, magma croci ℥ II. haec omnia tundito et cernito ex aqua mulsa et oleo. potionato. sanum fiet. 122ᵛa 310

VI De emplectico, id est epilentico. si emplecticum factum fuerit, sic eum cognosces. erit autem totus obligatus, et quasi constrictus pedibus ambulabit, et subnatat a pedibus et rectum ambulare non potest conligationis beneficio, et in parietibus impinget. in qua parte se morbus profuderit, tanquam sideratus, sic erit obligatus. sic eum curabis, sicut superius lininosum. si ex hoc non proficerit, ures eum in cervice, palmas dabis. sanum fiet. 311

VII De alienato. si quod iumentum alienatum morbum habuerit, signa haec ostendit. oculos patentes habebit, nec sentit homine. quibus et labia et ipsa orificia intumescunt, quasi ab aliqua interdum bestiola morsi sint. hic morbus valde nequam est. ex quo iumenta inflantur et subito moriuntur, quasi nihil habentes. praeterea ubi iumenta crassa et curata facta erunt, subito cadent et moriuntur; et nemo intelligit, ex qua causa moriantur, ubi iumenta ex hac ratione morti consumuntur. hic est 312

---

1 unctias: thuris uncias IV *Veg.* | vidella = bdellii | *sq.* opopanacis uncias III *Veg.* ‖ 2 apochinia: uncias III *Veg.* ‖ 4 glaucinum *Veg.*, gleucinum *Gesner* ‖ 6 soluto in tepidu ‖ 9 betonicae uncias duas *Veg.* | petroselmo | trixaginis unciam *vel* semunciam *Veg.* ‖ 13 *cf. Veg. V 28* | epilentico = epilemptico ‖ 15 contrictus ‖ 21 *Veg. V 22* ‖ 23 nem sentit *sic* (se *macula nigra obductae*): nec sentit hominis adventum *Veg.* ‖ 29 ibi: *corr. B*

morbus alienatus maleus, qui circumhaeret et contagium
313 faciet. hoc est, quod hic morbus differat a maleos articulari: huic enim morbo subvenitur, articulari non subvenitur. hi autem alienati vermibus confossi, ex hac coninquinatione aliquando huius morbi aqualiculo suffocati subito moriuntur. sic eos curabis. sanguinem ei emittito de cervice. potionem hanc dabis. sandonicum libra, ysopum libra, abrotanum semis libra, aristologia rotunda semis libra, magma croci ℥ II, absinthium erraticum ℥ II,
314 trisagine ℥ IIII. haec omnia contundito et cernito et utere ad omnem morbi huius locum, et ex aqua mulsa decoctam facies, et exinde totam gregem potionabis et fumigabis, sicut supra in articulario. quibus et pascua mutabis — utinam possint — in alia regione eos transmittere debes. illa enim pascua iam labis suis coin-
122v b quinaverunt. ita sani velocius fiunt. |
315 VIII De rovoroso. quodcunque iumentum rovorosum fuerit, quem quidam tetanicum dicunt. hic autem ab aliis opistotonus appellatur. cuius ego signa et curationem demonstro, et unde haec valitudo accedat, et ex quibus passionibus plurima vocabula acceperunt. sunt autem roborosi signa haec. erit autem sic constrictus toto corpore, naribus extensis et auriculis immobilibus et rigidis, qui nec os aperire potest, cervice recta, capite extenso, dextra sinistra in cervice ab humeris tensus, conligatus ab armis
316 cruribusque et omnibus pedibus constrictus. nullam commissuram pedum flectere potest nec cervicem recurvare. cui *per* terigia in oculis anguli invertuntur. cui caput erigere si volueris, praecluduntur terrigiis oculi. cui tergus durum et constrictum a nervis erit, ex qua causa caudam erigit nec eam movere nec flectere potest. varus a poste-

---

4 hic | confessi: *corr. B* ‖ 5 pertuso aqualiculo *Veg.* ‖ 9 magacroci | erraticum = *ἄγριον* | *sq.* uncias tres *Veg. ter* ‖ 13 *supra 193* ‖ 14 ut si fieri potest *Veg.*, ut iuvari possint *B* ‖ 15 lavis: labris *Veg.* ‖ 17 *Veg. V 23* ‖ 19 pistotonis | singna ‖ 23 extensus ‖ 28 *cf. infra 462* | per *addidi* | tyrigia ‖ 31 varius

rioribus conatur ambulare. cuius commissurae in ambulandum a nervis crepitant ex tensione nervorum totius corporis, unde et ilia dura et tensa a renibus habebit. ex quo se nec proicere ad terram poterit nec cervicem inclinare nec nulla commissura pedum flectere. hic erit ligno similis, unde roborosus dictus est. quod contingit **317** ex nimia perfrictione et spasmo nervorum et tremore, unde et tetanici dicti sunt. solent autem hac valitudine incidere hi, qui ab igne castrati, si quando in fervura neglecti inambulant et in frigore repercussi a chremasteribus nervorum spasmum passi fuerunt. similiter et usta iumenta in pedibus, vel quoquo loco nervi usti fuerint, hac ratione, sicut supra dixi, in robor incidere solent. alii vero vel ex nivibus vel ex gelicidia vel ex nimio rigore sudabundi vel calidi si repercussi fuerint, statim rovorosi fieri solent. haec igitur passio nervorum quibus **318** contigerit, ut plurimum a posteriori parte prensi sunt et a priore minus, sic facilissime curantur. qui desidet in lumbos tanquam canis, unde et opistotonus dictus est. si quem autem robor a prioribus partibus prendiderit, ita ut os in totum aperire non possit, hunc desperato. scito ergo eum vivere non posse. qui autem ex toto corpore aequaliter prensus est, ita ut ex aliqua parte os aperire possit, sic[ut] eum curato. unctionibus calidis eum perfrigato tam diu, donec sudet, et | [et] epitogis coperito, 123^{r}a loco calido eum statuito et ignem facito, ut desudet. sur- **319** culos laureos pollice validos in ore ei inter molas mittito. facito cauterium, assidue moveat. cui fabam solidam et baccam lauri inmixtam mane ieiunum dabis. cum aqua calida et castoreo mixta per clisterios delavabis vel potionem per narem sinistram cum suco ptisanae mixtum

---

1 conatus ‖ 2 crepidant ‖ 7 spasmum ‖ 8 tanici | solet ‖ 9 incedere | castrato ‖ 10 nec lenti: qui . . . . negliguntur et inambulantes frigore laeduntur *Veg.* ‖ 14 exige licidia: *corr. B*; ex nivibus quoque et pruinis *Veg.* ‖ 15 callidi: e calidis stabulis *Veg.* ‖ 18 *cf. infra 488* ‖ 19 epistotonus ‖ 27 molas = malas ‖ 28 moveat: *sc.* malas

oleum dabis vel nunc per os eam potionem, quae infra s. s. est. similiter et eadem unctione infra scripta inter alternis diebus uteris, *ut* insudet. cui ordeum molitum
320 cum furfure mixtum edere dabis, donec sanus sit. alii quidem dixerunt eos oportere aere candenti in are*n*a colligata obruere, ita ut caput foras habeat et nares, ne praefocetur. et sanguinem detrahere debe*s*. tam diu in are*n*a protricet, donec insudet. hac re sanum fieri dixerunt. ego tamen ex cura s. s. saepissime plures sanavi. qui ex hac re non profecerit, ures ei cervicem dextram sinistram similiter decusatim, et perungues eum unctione infra scripta et saccellionem ex furfure super totum tergus calidum inpones per triduo. curabis, ut s̃. sanum fiet.

321 potio ad roborosos a*c* te*t*a*n*icos et *o*pistotonos. dauci semen ℔ ·I· ʒ II, cuminum Alexandrinum ℔ ʒ, sil Gallicum ℔ ʒ, castoreum ℔ ʒ, a*b*rotanum ℔ ʒ, trixag*i*ne ℔ ʒ II, magma croci ℔ ʒ, ysopi ℔ ʒ, piper album semi ʒ, haec omnia tusa et creta bene, dantur ex eodem medicamento cochlearia duo. aliis ex suco tisanae mixtum lassis et periculosi*us* se habentibus, aliis vero ex aqua calida et oleo, aliis vero ex vino veteri datur, nunquam tamen sine oleo propter l*e*niendam austeritatem potionis et faucium len*t*itiam.

322 unctio ad valitudines s. s. cera ℔ libra, *afronitr*um pondo libra, terebentina pondo semis, galbanum ℔ ʕ·, castoreum pondo ʕ·, oppoponacis pondo ·I·, piperis pondo semiunc*i*a, medulla cervina ℔ ʕ·, olei veteris quod satis fuerit, vino veteri optimo admixtum. hanc unctionem uteris ad valitudines s. s. nunc vero facis ad praesens

---

3 aut ‖ 5 area: in arena fluviali vel maritima colligatos *Veg.* ‖ 7 debet ‖ 8 area ‖ 15 *Veg. V 23, 12* | attenaticos | epistotonos ‖ 16 uncias II, anagallici *Veg.* ‖ 17 aprotanum | trixagne ‖ 18 ysopi: *antea* succari unciam *add. Veg.* ‖ 20 *sq.* periculosis: *corr. B* ‖ 22 alii ‖ 23 liniendam | *sq.* lenitiam: *corr. B* ‖ 25 *Veg. V 23, 10* | afronitri *Veg.*: aut toritum ‖ 28 semiunctia

sic. picem liquidam cum oleo et vino | calefacito totum- 123ʳb
que iumentum perungere curabis, ex qualibet unctione in auriculis suffundere cum oleo liquefacito. sanum facies.

IX De sinacen. si quod iumentum sinac*icum* factum 323
fuerit anguina, latine stranguil*ia*, haec signa demonstrabit. haec cito periculum vitae facit ab ligatione tempor*um* [per], li*ngua* eius procadet f*o*ras, et eis similiter caput et oculi tument, et obturatur eius gula et ipsa a*r*teria faucium, et nec manducare potest nec bibere nec se extendere. qui curatur si*c*. fomentatur eius caput caldo et tempora et lingua, deinde super fauces oblinis fel taurinum, et suffundes vinum et oleum vetus. quod si vetus non habueris, *co quod habes* uteris. dicitur autem et hoc facere. ficus deco- 324
ques et cum aqua earum nitrum miscebis et sic suffundes. facit et hoc, vestitura belluae vel colubrae pellem. ex eo confrigabis corpus. quod remissionem [non] feceri*t* et desideraverit escam esse, dabis ei et viride fenum. melius autem facies, si eum in pascua miseris. quod si non fuerit, dabis fenum aridum aspersum nitro similiter. nullo loco deples nisi ex superiore venam. cum rectam habuerit, purgabis eum per cucumerem et nitrum.

. . . et si in auricula vulnus fuerit au*ri* similis 325
colori, qui melliceris appellatur. quod oportet excidere recte, quomodo *n*atum est. quod curatur ex melle et alumine. necessarium est utique fieri ad eius modi

---

3 liquefacto *vel* tepefacto *Veg.* ‖ 4 *περὶ κυνάγχης H 64* | sinace ‖ 5 stranguiria ‖ 6 *sq.* tempore per liguam . . faras: *σύνδεσμος γίνεται τῶν κροτάφων καὶ ἡ γλῶσσα ἐκπίπτει ἔξω καὶ οἰδεῖ* ‖ 8 alteria ‖ 10 si ‖ 13 *ἔστω δὲ τὸ ἔλαιον παλαιόν. εἰ δὲ οὐκ ἔστι, τῷ ὄντι χρῶ*: *unde supplevi* ‖ 15 *ἁρμόζει δὲ καὶ τὸ διὰ βδελλίου ἀνιέντας συγχρίειν αὐτόν*: *confudit Chiron βδέλλα* (= *βδέλλιον*) *et βδέλλα* 'hirudo' ‖ 16 feceris: *ἐνδόσεως δὲ γενομένης καὶ ἐπιζητοῦντος φαγεῖν, διδόναι χόρτον χλωρόν* ‖ 19 *τὸν ξηρὸν καταρραίνειν νίτρῳ καὶ τὰς κριθὰς ὡσαύτως παραβάλλειν* ‖ 20 *ἀσύμφορος δὲ ἡ τοῦ αἵματος ἀφαίρεσις ἐκ τῶν ἄλλων τόπων, ἐκ δὲ τῆς ὑπερῴας μόνης ἁρμόζει. ὡς ἂν δὲ καλῶς ἔχοι, καθαίρειν αὐτὸν διὰ τοῦ σικύου καὶ τοῦ νίτρου* ‖ 22 auri *ego:* aut ‖ 24 donatum: *corr. B; an* demonstratum? *cf. supra 61 sq.*

morbos medicamentum. nidum hirundinum cum pullis hirundininis in ollam novam fictilem coquito in furno et sinito, dum cinis fiat; tunc eximito, et quod intro est contundito usque bene, cernito diligenter, sic servato. uti cum voles, cuique in aqua calida et in suo sibi stercore mixtum ad causam imponi. et in potione per triduum dabis, eodem modo temperabis et in reliquis potionibus coicies. et si maior tumor erit, ex eodem pulvere in vinum et aquam coquito et ad fauces alligato.

326 X De fragma. si quod iumentum fragmam habuerit, signa erunt haec. febricitabit, oculos introversus habebit, auriculae sunt tensae habentes rigorem, pendet et terram pedibus tundit. sic eum curato. sanguinem de cervice emittito et perunge totum iumentum, vino et oleo in unum
123ᵛa ungito | et sic frigato, et loco calido statuito. sic sanum fiet.

327 XI De ydrofoba. si quod iumentum aquam timebit, hoc quod dicitur ydrofobas. si autem ab aquae habitate, hoc est cruditate, sic eum intelligis. venis omnibus tensis, sudabit, oculis suffusis, tremorem et frendorem patiuntur, solent in rabiem converti. sic eum curato. sanguinem ei de inferioribus detrahito et eum loco tenebroso statuito et a cibariis abstineto. his vinum austerissimum et lumbricae semen tusum ciatum unum tempera et da triduo potionem, quam singulis eminis dabis, et cibariis siccissimis utatur. sic sanum fiet.

328 de ydrofoba. si quod iumentum ydrofobam patietur, in pariete inlidet se, sitiebit et timebit aquam. sic curato. concludito in loco tenebroso, ne lumen videre possit. sed silentio magno sic aquam offerito in alveo, ita ne strepitum audiat. opponito escam, ne satur fiat. si esuriet, non tam vehementer vexabit. caput perungito ei et su-

---

4 uti *B*: ut ‖ 6 imponi = impone ‖ 7 tempurabis ‖ 10 *Veg. V 29* ‖ 12 pendet: frendet *B* ‖ 13 cervice: matrice *Veg.* ‖ 14 adiunctoque oleo et vino tepefacies *Veg.* ‖ 16 *Veg. V 30* | itrofova ‖ 17 aqua ‖ 18 densis: *corr. Veg.* ‖ 23 tempora ‖ 26 *Veg. V 30, 2* | ydrofova | ydrofabam ‖ 31 vexabit = vexabitur

mito manipulum rutae, conterito, et baccas lauri in numero XV, rosa Ciperi p libra, aceti pondo ℈, commiscito et perungueto caput. sanum fiet.

XII De spasmo. si quod iumentum spasmabitur, signa 329
erunt haec. subito cadet et articulamenta eius extensa sunt et subsalit toto corpore; aliquando quidem et spumam de ore emittit. est autem hoc, quod in hominibus *hiera* nosos appellatur. huic autem sic escam offeres. aspergis ei nitrum in escam, et postea et purgatio offerenda est per cucumerem et nitrum per dies VII. et hoc ei *non* contingęt subinde. dicitur autem facere et hoc. testudinis marinae sanguinem dimidiam cotulam, aceti tantum et vini tantundem et lasari ciatum, omnia in unum miscebis et suffundes ei in nares. utile erit et hoc. perunges eorum tergus oleo et aceto et nitro, frequenter eum confrigabis.

XIII De caduco. si quod iumentum caducum fuerit. 330
hos autem caducos luna traducet nova; *cum* decresceret et minuet, sic caducitas mentis dimidia. signa quae sunt
accipere. | noli hunc tenere. girat, sicut mola, oricula 123ᵛb
curva, dextra cervix vertitur, pedibus contundet. tunc cadet, tanquam occidatur, qui equus iacet per horam. sic curatur. ranam viventem involvito et sic dato. sanguinem emittito multum ex utrisque temporibus. cum decrescit luna, tunc curari optime oportet. veretrum potionabis album et non cadet. radicem panacis, mannam thuris ℈ cum vino infundito, tepida foveto, aceto postea perungueto. ventrem si solves, facile sanabitur.

XIV Quodcunque iumentum caducum fuerit, sic eum 331
intelligis. saepius cadet diurnum ter vel quater. aliquando cum ceciderit, subito contremescit toto corpore, et salivae

2 olei rosei *Veg.* ‖ 3 perunguero ‖ 4 *Veg. V 31*; *H 258* espasmabitur ‖ 5 *τῶν ἄρθρων ἃ μὲν ἀνίεται ἃ δὲ συντείνεται* ‖ 6 subsalito ‖ 7 *sq.* serenosos: *ἔστι δὲ τοῦτο ἐν ἀνθρώποις ἱερὰ νόσος λεγόμενον* ‖ 10 *sq.* ei contingit: non *addidi*; *καὶ οὐ συμβήσεται συνεχῶς αὐτῷ* ‖ 15 nitrum ‖ 18 novam: cum *supplevi*; inde crescet, et minuet sic caducitas mensis dimidia *B* ‖ 20 huc ‖ 25 veretrum = veratrum ‖ 27 tepidam ‖ 28 perunguero ‖ 29 *Veg. V 32*

per os eius multae effluent. postmodum porrectus pro mortuo iacebit, non post multum subsurget et pabulum appetere quaerit. . . . autem, huius vitium si recens fuerit. sic eum intelligis plus casurum. cartilaginem narum eius digito †mulieris subtemperabis. quanto frigidiorem inveneris, plus casurum eum scies; si minus frigida fuerit, hoc
332 minus cadet. verum si calidam cartilaginem eius inveneris, non cadet. hunc in recenti si non curaveris et sine vitio feceris, semper hic cadebit subito inter tempus. sic eum curabis. sanguinem ei copiosum de cervice emittito, post quintum diem ei de temporibus sanguinem detrahito, loco calido statuito et tenebroso, totum corpus defricationibus termanticis defricito et cerebrum eius similiter et auriculas, vel pice liquida cum oleo laurino mixto
333 idem facito et munito caput eius. potionem hanc dabis ei. silci radicem ʒ II, panacis radicem ʒ ·I·, castorei ℔ ʒ, oppoponacis ℔ ʒ, nitri tusi pondo [℔] ʒ ·I·, drachidi[pon] ℔ ʒ, cucumeris agrestis pondo ʒ. haec omnia sibi quisque bene trita conmisces et cum mellis sextario uno, et ex eo potionabis aqua calida et oleo admixto ad pondus ʒ ·I·, et uteris cottidie usque ad pondus ʒ III, si corpus eius tamen sic declaraverit. hac re sanum fiet. et si sanum non fuerit, ures ei caput similiter *ut* apioso,
124[r]a cura tamen ei caput frequenter. |

334 XV De his, qui cum biberunt, in praesepio aquam vomunt. quod contingit id ex paralisin stomaci defectione nimia. est autem cura difficilis. quae curatur sic. sanguinem de cervice detrahito, potionabis *th*ermanticis, et unctionibus similibus et ustione *utere* in pectore, purgare caput et in primo sinapidiare oportet. sanum fiet.

---

2 parvulum ‖ 3 ⟨vix est sanabilis, erit⟩ autem *B* ‖ 4 *in marg.* non bene ‖ 5 molliter ⟨inmisso⟩ temptabis *B*; digito temptabis *Veg.* ‖ 9 tempus: opus *B* ‖ 16 silei *Veg.*; *cf. supra 306* ‖ 17 drachidipon: diagridii *Veg.*; *syllabam* pon, *sicut* ℔ *antea, del. M* ‖ 18 quisque = quidque ‖ 19 uno ⟨decoques⟩ *Veg.* ‖ 22 tamen: iam? ‖ 23 ut *Veg.*: et (= καί) *L* ‖ 25 *Veg. V 33* ‖ 28 hermanticis ‖ 29 utere *supplevi*: unctionibus calidissimis armi pectusque confricantur *Veg.*

XVI De ciferinon. si iumento sanguis per naribus ef- 335
fluet, quod vitium appellatur *graece* cyferinon. si hoc vitio vexabitur, signum erit supra modum peractum esse iumentum. curatio huius rei est haec. perunges illum oleo vel aceto, et corpus totum. cooperire autem debebis, et da operam, ut molliter stet. cui *et* ambulationem intermitte et attende cibo post hoc, deinde rutae manipulum cum lacte contritum infunde. quod si non habueris, aristologiam et crocum tritum ex vino dulci infunde ei. quod si hoc non habueris, coriandri viridis sucum liquabis et ei per nares suffundes. sanum fiet.

XVII De sideratico. si quod iumentum a sidore per- 336
cussum fuerit. hoc autem sidus si venas vacuas a frigore *aut ab* aestu percusserit, aut cruditas maior in plectura reversa fuerit, aut ieiunus in bu*lim*um inciderit, singula signa cognosces sic. *vaste* temptabitur, toto tempore stupebit et *titu*ba*n*s ambulabit. hunc mollibus cibariis et *l*enibus potionibus potionabis. et in lasaris ℥ aquae mulsae commisces eminam *et* cremorem tisanae. et ambulationem . . . ad calorem enim uteris refrigerationibus, aceto et rosae aequis partibus. si a frigore, uteris vino et oleo. his unctionibus uteris.

XVIII De solis percussu. si quod iumentum sole per- 337
cussum fuerit, detrahes de temporibus sanguinem et simili ratione curabis. sic eum tamen intelligis. in priore attendat et caput dolorosum portabit.

XIX De cruditate. si quod iumentum cruditate per- 338
cussum fuerit, ei sanguinem de cervice detrahito et a cibariis abstineto maioribus, tantum ut ac*e*to et aqua sit, et

---

1 *sq. Veg. III 37; infra 550 fere ad verbum redit* ‖ 2 graece *add. infra* ‖ 6 stet: cubet *infra et Veg.* | cum: cui et *infra*; tum *B* ‖ 8 habuerit ‖ 12 *Veg. V 34* | sidere *W* ‖ 14 aut ab *scripsi*: a vita ‖ 15 bubum: *corr. Veg.* ‖ 16 vaste *B* (*cf. p. 103, 9*): bates ‖ 17 totum bas: *corr. Veg.* ‖ 18 plenibus | et in: ita *Veg.* ‖ 19 et *scripsi:* i. e. *sic* ‖ 20 ambulationem: *sc.* adhibe ‖ 23 *Veg. V 35* ‖ 26 dolorosum: deorsum (diossum) *B* ‖ 27 *Veg. V 36* ‖ 29 aceto *B*: a cibo | sitet | *sq.* si aestas est, refrigeratorias accipient potiones *Veg.*

refrigerationibus, si tempus anni permiserit, na*tat*ionibus uteris. sic sanum fiet. sic eum cognosces: modo in unam partem ambulant, modo in alteram.

339 XX De bulumo. si quod iumentum a bulumo temptabitur, sic cognoscis. tot*us* spasmabitur, oculi interius re-
124r b fugient, | et visus non tam certus eius. subito ne ei cibaria datur, sed primo eum refrigera et minutatim cibaria dato et ungue*to* calido vino et oleo. si quis tibi dicit: bulumo quid prodest unctio? respondeto: quid tibi cibum *prod*esse videtur? sic etenim et singula signa sudoris, quorum ratio reddi potest, intelliguntur et curantur.

340 sed si inflatio est hoc, quod dicitur an*h*elatio, cuius causae rationem reddi non posset, sed a superioribus signis causarum, quae prima curatione sequimur [sequenti]. spongiis uteris in c*a*pit*e* ex posca, calida enim maiorem refrigerationem habet; in auriculis rosam Campanam adicies, et frigidissimo statues loco. et subinde sternutamentum dabis pal*c*am in naribus, et eiciet et sic sternutabit. haec cura eiusmodi causas et medicamentis saepissime curatur.

341 XXI De paralitico sive epilentico. quodcunque iumentum paraliticum fuerit, signa erunt haec. pravus ambulabit in latus, quomodo crancus, recte ambulare non potest. si co*g*eris eum ambulare, parietibus impinget. pabulum et potum non recusat. sed [si curvus] maligne et prave manducabit, cuius cibaria uda erit semper. sic eum curabis. sanguinem ei detrahis de parte temporis contrari*a*, non qua contractus est. unctionibus termanticis eum percatapsato et cervices eius assidue corrigito vel cretellas

342 imponito in cervices ... fractae curari solent. curabis quomodo rovorosum; similiter et loco calido et potionem simi-

---

1 nacionibus ‖ 4 *Veg. V 37* ‖ 5 totius ‖ 8 unguero ‖ 9 cibum: chylon *Veg.* ‖ 10 prodesse *scripsi*: esse ‖ 12 *Veg. V 38* | anbellacio: anhelitus *Veg.* ‖ 14 *inter* sequimur *et* sequenti *lacunam statuit B* ‖ 15 in capite *B* (cerebro *Veg.*): incipiat ‖ 18 palam ‖ 20 *Veg. V 40* ‖ 22 crancus = cancer ‖ 23 coegeris *Veg.*: cognoveris ‖ 24 cervicem incurvabit *Veg.;* si⟨c⟩ curvus *ante* quomodo *l. 22 ponit B* ‖ 26 contrarie ‖ 29 ⟨sic ut cervices⟩ fractae *suppleo;* imponito, ut cervices fractae *B*

lem, quae in rovoroso, uteris. si per plures has res sanus non fuerit, ures ei cervicem ex contraria parte, non qua contractus est. palmam dabis usque ad verticem auriculae et in tempus semisse ures et in aliam stellam cauterio facies et in parte renum usque ad mediam spinam *vir*gulam dabis, cauterio sequeris, eademque cura, quae s. s., et usta curabis. sanum fiet.

XXII De polippo. si quod iumentum poli*pp*um fac- **343**
tum fuerit in nasum, vexatur vaste iumentum, obturantur *ei* nares et p*us* de naribus exiet male odorat*um*, et sufflat ex his vas*te* et languidus toto corpore erit et tristis est semper et hinnire non potest. similiter et ipse polippus est magnitudine *mori* pusill*i*. *curatur* aut*em*, cum pars eius se foras ostenderit. qui, cum paruerit, praeciditur. de calcit*em* cum aceto mixta grassam facie*s* et sic super oblini*es*. hoc saepe facies. aut amurgam coctam cum aristologia mixtum e*i* in|pones. cum autem fuerit de interioribus **124**^{v}a
partibus putridum, non habet hoc vitium curationem. dicitur ab aliquibus plu*m*bo oportere suffrigare. contingit hic autem Sarmaticiis.

XXIII CHIRONIS CENTAURI. de morbo qui appellatur **344**
maleos, quem quidam profluvium appellant, quod latine

---

4 in alia autem parte temporis *Veg.* ‖ 5 *sq.* ungulam: *corr. Veg.* ‖ 6 cauteriose queris ‖ 8 *sq. cf. Veg. III 38 et infra 551; H 70* πολύποδος γενομένου ἐν τῷ μυκτῆρι τοῦ ἵππου ὀχλεῖται τὸ ζῷον. συμφράσσεται γὰρ ὁ ῥώθων καὶ φέρεται πύα ἐξ αὐτοῦ ὀσμὴν ἔχοντα σαπρὰν καὶ φυσᾷ δεινόν, ἀτροφεῖ δὲ ὅλῳ τῷ σώματι καὶ σκυθρωπός ἐστι πάντοτε καὶ χρεμετίζειν οὐ δύναται. ἔστι δὲ ὁ πολύπους τῷ μεγέθει ὡς συκάμινον, τῇ περιοχῇ ἐλάσσων. θεραπεύεται δέ, ὅταν ἔξω φαινόμενος ᾖ, ἢ μέρος τι ἐξ αὐτοῦ ἐκτεμνόμενον, καὶ χαλκίτιδι ὠμῇ καταπασσόμενος. ἁρμόζει δὲ ἡ αὐτὴ καὶ μετὰ ὄξους πάχος ἔχουσα, καταχριομένη πυκνότερον, ἢ ἀμόργῃ ἐφθῇ μετὰ ἀριστολοχείας μιγεῖσα. ὅταν δὲ ᾖ ἐνδοτέρω καὶ μετέωρος, οὐκ ἔστιν αὐτοῦ θεραπεία. λέγεται γὰρ ὑπό τινων καὶ μολύβδῳ παρατρίβειν αὐτόν, συμβαίνει δὲ τοῦτο μᾶλλον ἐν τοῖς κατὰ Σαρματίαν τόποις. | polibum ‖ 9 *sq.* obdurant ure in ‖ 10 plus | odoratur ‖ 11 vasse ‖ 13 in ore pusille aut cum ‖ 14 *sq.* decalcitent ‖ 15 grassam = crassam | faciet | oblimes ‖ 17 et inpones ‖ 19 plubo ‖ 21 *supra 164 sqq.; H 10*

suspirium appellatur. verissime autem continebit hic morbus appellationis nomen artrites, quae latine articularia dicunt. qui adferet signa sic. plenitudines profluunt olentes naribus grassae et male odoratae colore pallido, et cuius caput gravatur et stridet pectore et statim a corpore gracilis fiet, ab hoc quia escam non accipit, propter quod ad medullas eorum non pervenit. alternisque pedibus ab articulis claudicationes interveniunt, et in quacunque parte procubuerit, exulceratur, et illa pars corporis sub cute unde et articuli laborant, ex amaritudine ipsius
345 morbi. ideo autem contingit eis plerumque, propter quod omne iumentum fel non habet. pro felle inhaerent eis nervi graciles laxantes, in quo humorem recipiunt et sucum huius morbi. et sic vitae periculum faciunt, et ei commixtus sanguis praecurrit per omnia arteria, quae iuxta sunt dorsis et spinis, praecurrit et in medullas scapularum, aeque cerebrum corrumpit; escam enim ab inferiore scapularum loco accipit. propter quod continetur caput, itemque linguae constitutionem praestat, quae est principalis omnium arti-

---

1 ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ ἀρθρῖτις ‖ 2 artrices ‖ 3 *sq.* olent: ἰχῶρες ἀποστάζουσιν ἐκ τῶν μυκτήρων παχεῖς ὀσμὰς ἔχοντες μήλινοι τὸ χρῶμα ‖ 5 satim ‖ 6 ad hoc qui: καὶ ἀπισχναίνεται διὰ τὸ εἶναι ἀνόρεκτον, καὶ τῇ παρ' ἑκατέρᾳ ἐναλλάξει τῶν ἄρθρων χωλάσματα ἐπιγίνεται. καὶ οὗ ἂν τύχοι κατακείμενος μέρους, ἕλκονται τὸ μέρος ἐκεῖνο τοῦ σώματος διὰ τὸ εἶναι ἀνάχυσιν ὑπὸ τὴν βύρσαν καὶ τὰ ἄρθρα χυμοῦ δριμυτάτου πλήρη ‖ 9 exulcerat uret illa | pars: *sc.* laborat ‖ 11 *supra 175* ‖ 13 gracilia laxant: εἶναί τι νευρίον ἐκλελυμένον, ὃ ἀποδέχεται τοῦτον τὸν χυμὸν κἀκεῖθεν τὴν ἔκκρισιν ποιεῖται καὶ μίγνυσι τῷ αἵματι διὰ τῶν ἀρτηριῶν τῶν πρὸς τῇ ῥάχει προσηρμοσμένων. εἶτα ἐπενεχθεὶς ἐπὶ τὸν νωτιαῖον μυελὸν ὁ χυμὸς καὶ τὸν ἐγκέφαλον φθείρει ‖ 14 eum commixta: *corr. B* (ei = umori) ‖ 15 arteria *scripsi:* latera (*i. e.* alteria) ‖ 16 praecurrunt ‖ 17 enim *addidi:* τὴν γὰρ τροφὴν ἀπὸ τοῦ νωτιαίου λαμβάνει; ⟨id⟩ escam ab *B* ‖ 18 *sq.* διὸ καὶ τὴν κεφαλὴν κατακρατεῖται καὶ τὴν γλῶτταν. εἶναι γὰρ καὶ αὐτὴν (ἀρχὴν *B*) τῶν ἐναρίθμων ἄρθρων. θεραπεύων δ' ἄν τις ἐπιτυγχάνοι αἵματος ἀφαιρέσει λύων τὰς ἐν τῷ προσώπῳ φλέβας καὶ τὰς ἐν τῷ στήθει. ἔτι δὲ διακόπτων τὰ μεσοκύνια προσφορᾷ τε τροφῆς παντοδαπῆς χρώμενος καὶ ἐγχυματισμῷ. | quae ligua

culorum. quod si cui contingit, †currenti efficere posses succurrendo, succurres. sanguinis detractionem facies, solves venas in faciem et in pectore, persecueris omnes et circa claviculas. et escam omnem uti debebis et potionem hanc: **346** centauream, absinthium, peucedanum, serpillum, sagapenum, vetonicam, saxifragam, aristologiam rotundam. haec omnia tundes et cernis aequis ponderibus et coques ex aqua vel cum vino et sic ei dabis. et hae res amarae sunt et morbus amarus est. ita incipit haec potio amara amaritudinem expellere. item et aliam potionem dabis, si hoc non proficerit. cucurbitae Aegiptiae semen quod capit acetabulum, friges et contundes minutum, commisces cum vino | albo cotulas II, et per lentiolum colato, sucum eius **124^{v}b** per dextram narem gementis suffundito. haec ipsa autem **347** compositio et ad disinteriam facit. sic curabis. si Aegiptiae cucurbitae semen non habueris, sumito cucumeris silvaticae radicem et contundito et in eo adicies aquae cotulas II et ibi sinito una nocte macerari; deinde sublatam conteres et colabis et commisces in eo nitrum. sic reprehensa lingua iumenti per os rem suffundes per dies octo, partem dimidiam medicamenti in dies VII partes VII *bibere* dare curabis, et aliam partem dimidiam in VII partes divisam, quotiens eum adaquabis, et VII diebus miscebis *cibis et aquae.* item nitri crudi contusi mixti in vinum cotula **348** per nares suffundito; ipsum vinum tepidum sit semper, ex quo ordeum aspergis. itemque et fenum, quotiens eum adaquabis, ex eo nitro tuso adicies. quodquod autem ante castrati sunt aut castrantur, non incident in hunc morbum. plerumque his enim contingit maxime pullis, cum excepti sunt protinus de grege et solitam exercitationem caruerunt

---

1 *sq.* ⟨nisi⟩ recenti ⟨nil⟩ efficere possis succurrendo. sic curetur *B* ‖ 2 succurret ‖ 3 persequeris ‖ 5 *supra 197; Veg. I 13, 5* ‖ 6 saxifragiam ‖ 11 *supra 201; H 11, 1* ἡμέτερα δὲ εὑρήματα ταῦτα ‖ 12 minutim? ‖ 14 gementis: iumenti *M* | καὶ αὐτῇ δὲ τῇ ἐντεριώνῃ χρῆσθαι πεφρυγμένῃ *add. H* ‖ 15 facis ‖ 16 ἄριστον δὲ καὶ τοῦ ἀγρίου συκίου τὴν ῥίζαν κόψαι λεπτήν ‖ 20 ligua | os rem: orem *M* | dies septem? ‖ 21 vivere: ποτίζοντας ‖ 23 *sq.* cibis et aquae *suppl. B*

et ad standum venerunt. hoc vitium huius morbi in eos decurrit plerumque. qui appellatur artrites, qui latine dicitur articularis. qui et cum inciderint in hunc morbum, de vita de his promittere noli. in quo magis sit vitium
349 hieme cognoscitur. quod sic cognoscis, prius quam de naribus mucci grassitudines exeunt. incipient enim tunc sic tussire, tanquam si putes eum aliquid devorasse. inde ergo intelligis et palam tibi facies, quia ab articulario vitio possessus tenetur. huic celerissime necesse habebis succurrere, quemadmodum supra scriptum est. erit autem hoc utilissimum, ut hac succursione uteris. si fuerit tempus autumni, hoc uteris: uvam albam exprimes, herbam, quae [quae] appellatur aristologia, quam contundes et cernis ad cochlearia plena tria, et sic dabis per nares per dies VII.
350 sunt autem genera maleos 4^{or}: humida, arida, articularis et succutana. et harum [succutationum ex qua] sunt aliquae sanabiles, aliae insanabiles, alia quidem difficiliter sanantur. facilissime autem curantur inter eos, quae est
125^{r}a humida. quae signa adferent haec: distillatio narium | humida et gracilis, aquae similis. his autem similiter et succutana, ex qua contingit scabies. et haec articularis, quae difficiliter sanantur, quemadmodum supra scriptum est. nam illa insanabilis est arida, et quae per nares
351 nullam pituitatem adferet. qui nec idem manducare [esse] nec potionis quidquam recipiet, et illud quidquid recipere potest, concoctionem non facit, propter quod corporis gracilitatem patiuntur.... scapulae autem eius extensae et tumi-

---

2 artites ‖ 3 incederit ‖ 4 magis: *μάλις B* ‖ 5 si: *ἐπιγνωσθήσεται δὲ πρὸ τοῦ φέρεσθαι διὰ τῶν ῥινῶν* ‖ 9 possis susteneto: *corr. B* | *καὶ εὔγνωστόν ἐστιν ὅτι ἔχεται ὑπὸ τῆς ἀρθρίτιδος καὶ ὡς τάχιστα δεῖ βοηθεῖν, καθὼς ἄνω γέγραπται* ‖ 12 unam: *σταφυλὴν λευκὴν* ‖ 14 tria: *κοτυλῶν δύο* ‖ 15 *H 12*; *cf. supra 168 sq.* ‖ 16 *τούτων αἱ μέν εἰσιν εὐθεράπευτοι, ἡ δὲ δυσθεράπευτος, ἡ δὲ ἀθεράπευτος* ‖ 20 atque: *ὅμοιον ὕδατι* ‖ 24 ne quidem *B* ‖ 27 *sq. αἵ τε ῥῖνες αὐτοῦ ἀνεῳγμέναι εἰσὶ καὶ φυσᾷ βαρέως ἑλκόμενόν τε οὐκ εὐχερῶς ἀλλὰ ὅλον συστρέφεται, λαγόνες περιτεταμέναι εἰσί, τυμπανοειδεῖς μετέωροι, καὶ ἡ βύρσα σκληρύνεται*

diores erunt, tympano similes, cuius et corium [non] d*ure*sc*i*t. et sic curationem nullam recipit et ex vita recedit. dictum est autem et E*u*m*e*l*o* medico.

cuius arida maleos nec ego nec alii medicorum hanc **352**
sanare arida maleos potest. cuius et rationem ego protinus reddam, quare et statura et curationis insanabilis est: quia pulmo eorum corrumpitur, qui corruptus ad latus decurrit, et sic incipiet esse pleureticus. quemadmodum intelligere quis possit, qua ratione succurrere huic vitio nemo potest. pulmoni corrupto tussis insequitur. scrutemur, si possimus huic rei succurrere. sic curato. thuris pollinem contrito in vino odorat*o* cotulae unius suffundito per nares. ne quidem omni parte negligens videtur, ex omni ratione succurrere debeo sic. radices quoque concisas minutatim valde commiscito cum ordeo, sic dato. et hoc *iam* inventum est *maio*ribus nostris, non tamen praetere*am* [aut] un*um*. morbum, qui appellatur maleos, **353**
debemus fumigare in omnem pecus, quod ungulas calcat. hoc quoque, ut caput eius totum coperias assidue. et totum per triduo origanum decoctum in olla nova per

---

1 descit: *corr. M* ‖ 2 si ‖ 3 eo mlto *sic*: *ὡς εἴρηται καὶ Εὐμήλῳ τῷ Θηβαίῳ* ‖ 4 *τῆς δὲ ξηρᾶς μάλεως οὔτε ἐγὼ ἰατρὸς οὔτε ἄλλος τις* ‖ 6 statura = status; perduratura? ‖ 7 *sq.* [qui corruptus] ad latus dextrum et? *τὴν δὲ αἰτίαν δηλώσω, ὅτι ὁ πνεύμων ῥήγνυται πρὸς τὴν δεξιὰν πλευρὰν καὶ ἔστι πλευριτικός. βοηθήματα δὲ καὶ τούτῳ ταῦτα, ὡς ἄν τις αἴσθηται ἑαλωκότα τὸν ἵππον τῇ μάλει καὶ βήσσοντα· μάννης καὶ λιβάνου ἀνὰ τριώβολον ἐν οἴνῳ τρίψας κοτύλῃ μιᾷ ἐγχυματιζέτω διὰ τῆς ἀριστερᾶς ῥινός. βοηθείτω δὲ καὶ ῥαφάνους κατατέμνων εἰς λεπτὰ καὶ μιγνὺς ταῖς κριθαῖς καὶ παραβάλλων* ‖ 12 odorati ‖ 13 videtur = videbor, *i. e.* videar ‖ 16 hoc tamen | maioribus *M*: corporibus | *εὑρέθη δὲ καὶ τοῦτο τοῖς πρὸ ἡμῶν τὸ ὑποκαπνίζειν τὴν μάλιν ἔν τε τοῖς ἵπποις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποζυγίοις ὅσα μώνυχας ὁπλὰς ἔχει, τῇ ὀριγάνῳ καλύψαντα τὴν κεφαλὴν ἐν χύτρᾳ καινῇ μαρίλλαν ἐχούσῃ καθ' ἡμέραν μὲν μὴ πλέον ἡμερῶν τριῶν, παρ' ἡμέραν δὲ ἐπὶ πλείονας* ‖ 17 praeterea aut uno: praedecessore uno *M* | aut = vel? ‖ 18 quodquod ungula rotunda calcant quidem *supra 164* ‖ 19 quaequae: *corr. B* (hoc quoque *sc.* inventum est); aeque *M* | *cf. supra 190*

nares proicito, ut bibere des per triduo, aut per alternis diebus stet pluribus diebus. cura, ut [si] sit origanum asinale. cum factus est maleos adhuc tenero pullo, qui cum maxime [aut] mamilla matricis suae sugit, nihil prius debet quam matrix curari. debet autem cibis sic, quemadmodum s. s. est. et radices ei dato. haec enim curationes prosunt et *in* sitim iumentum adducunt. quodquod autem in gregem incidunt, eos statim debebis a reliquis secernere. hic enim morbus facillime plures coinquinat.

354 sed cum et tumores circa cervicem creverint et venae tensae fuerint circa collum, eas venas curvas habebit 125[r]b et tumentes in | modum draconationis, similiter et in capite et in facie tumentes, et nares distentas habebit. qui adferet spumas sanguilentas per ore. statim anhelitus et suspiria ab interioribus partibus reddit, tanquam si per naribus sufflet. quotiens escam et potum accipere volet, **355** non potest; dolorem enim contrarium sensit. sed et quod sumit, exiguum accipit; vulsiones quoque totius corporis sentiens usque eo, ut exulcerentur extrema, omnia cacumina narum itemque et labia. et statim humores eius semper ex ore emittunt, unde et lingua obligatur; salivas eicere

---

2 stet: si et *B* ‖ 3 asmale: *μάλιστα δὲ ἔστω ὀρεῖτις* (*lege ὀνῖτις*) *ὀρίγανος* ‖ 4 aut : bille *sic,* mamille *in marg.: μάλεως δὲ γενομένης ἐν τῷ πώλῳ ἔτι νεογνῷ ὄντι καὶ τιτθευομένῳ ἐπιμελεῖσθαι δεῖ τῆς τιτθευούσης* ‖ 7 in *addidi, an* iumentum = iumento? | *sq. ὅσοι δὲ ἐν ταῖς ἀγέλαις μαλιῶσι* ‖ 11 *H 21; cf. supra 195 sq.* ‖ 13 tragonationes *supra 183* ‖ 15 *sqq. ἕλκεται δὲ καὶ ἐκ τῶν λαγόνων καὶ ἀναφυσᾷ διὰ τῶν μυκτήρων καὶ προθυμούμενος τρώγειν οὐ δύναται οὐδὲ πίνειν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν λαμβάνει ῥῆξίν τε τοῦ σώματος πανταχοῦ ποιεῖται, ὥστε ἑλκοῦσθαι μάλιστα τὰ ἄκρα ῥῖνας χείλη ὦτα, καὶ ἀποπίπτειν κάτω αὐτόματον, ἥ τε γλῶσσα συνδεῖται, ἣν καὶ προβάλλει ἕκλευκον καὶ παρὰ φύσιν ἄμορφον. καὶ χρεμετίζειν ἀδυνάτως ἔχει. ὁ τοιοῦτος ἐλεφαντιᾷ καὶ οὐδὲν εἰς αὐτὸν ὑπάρχει βοήθημα. οὐ δεῖ δὲ τοῦτον μετὰ ἑτέρου ἱστάναι, ἀλλὰ ἐκβάλλεσθαι μακράν.* ‖ 16 inferioribus: *corr. B* | reddita quam: *corr. B* ‖ 20 exvulnerentur | *sq.* cacuminarum: *suppl. B* ‖ 21 semper: spumae *B* ‖ 22 ligua

non potest et album sputum remittit insuetum et alienigenum. haec signa sunt, quae adferent elefantiotes. cui succurrere nemo ex una re potest, cum ista signa se ostenderint. sic quoque solus sibi separatus debet stare locis *secret*is et tenebrosis. †vita inane debebis adcuran- **356**
dum cum rebus aquae calidae cotulas II et nitri contusi validissime minutatim coclearia III, quod commisces in calda et oleo viridi ciatos tres. haec omnia mixta suffundes per nares assidue, donec sanum fiet. dictum est autem in hoc vitium face*re* †in vinum cervinum, ex quo radices minutim miscebis. ex hoc evenit sanum fieri.

XXIV De eruptione vulsi. si quod iumentum vulsum **357**
fuerit, signa erunt haec. stranguriabitur [iter et] excreabitque purulentum, *et* quotiens volutatus fuerit, *se* non revolvitur, nec excutiet se. quodsi recens fuerit, sanguinem excreabit. periculum promitti debebit. curabitur sic cibo levi et leni; etiam exercitationibus desinere oportet. potionem dabis talem: thuris masculi ℔ ÷, opium ℔ ℈, eliotropium ℔ ¯, quo*d* nos intub*a*m agrestem appellamus, rutae tantundem cum vino austero mensuris Atticis IIII infundere in singulos dies, donec desinat.

XXV De plectora. si quod iumentum a plectora labo- **358**
rabit, signa erunt haec. ubi plus ebiberit, caput emittit et super emittit, oscitatur. ordeum autem si nimis ediderint, sic intelliges. caudam inter se complicabit et tremulus erit in cursu. qui est deterior, si cruditatem senserit. haec sic cognoscis | ab itinere eum calidum 125ᵛa
hordeum nimis *e*disse et non digestum esse. quem sic cognosces. sudabit et prioribus armis inligatus erit et **359**

---

5 ceteris | vitare lumina *aut* bituminare *B* | *sq.* ad curandum eum ⟨dabis⟩ *B* ‖ 10 facem | [in] vinum genuinum? ⟨medullam⟩ cervinam? inguinum (*i. e.* inguen) cervinum *M*; venenum cervinum *aut* lixivium *aut* in vinum ⟨infusum cinerem cornum⟩ cervinum *B* ‖ 12 *Veg. V 41* | quodsi: *transposui* ‖ 13 stranguilabitur | iter et: stertet *B*, *cf. p. 112, 22* | excriabitque ‖ 14 ex | si ‖ 18 *ad* opium *in marg. nota* ¯ *add.* ‖ 19 quos | intubem ‖ 22 *Veg. V 43* ‖ 23 *et* 24 demittit? ‖ 24 emittito scitatur ‖ 25 complicavit ‖ 28 dedisse: edidisse?

incertus ambulabit. sic eum curabis. sanguinem de cervice emittito et aceto et oleo totum corpus perungito et ambulationibus levibus moveto. hordeum ne dederis. potionem hanc dabis. brassicae folias contusas et sucum eius exprimes et mi*rr*ae admiscebis et vino optimo et liquaminis pusillo. hoc per triduum dabis. sanum fiet.

360 XXVI De suspirioso. si quod iumentum suspiriosum factum fuerit vel anhelito vexabitur, signa erunt haec. ilia suspensa erunt, oculi intensi, et longa suspirabit. ergo illi de cervice vel palato sanguinem detrahito et post sulfuris vivi ℥ III contusas cum aqua et . . . suffundito. et si haec non fuerit, ter*r*ae intestinum, id est lumbricos, nec*a*to in loteo quasi mensuram Atticam, et aquae ciatos tres unam mixtis infundes per sinistram narem. si suspirium evadet, signa habebit talia. tussire incipit, in naribus muci erunt.

361 XXVII Si suspirium aridum habuerit, sic intelligis. suspirat graviter et ilia introrsus nimis adducet, cervice recta et capite erecto, in obliquo tensis oculis attonite respiciet, et graviter suspirans sonitum dat ipsius spiritus, et cibum nec potum non adficitur accipere, nec proiciet se. cui nulla pituita per nares neque per os effluet, [et] unde
362 suspirium aridum dictum est. si ei subvenis, ne praetermittamus aliquid — saepissime solent remedia provenire — pro remedio se*c*abis inter nares, et ibi aquam impones, *u*bi sta*t*, propter dolorem in aquam nares mittens assidue, suspirium in eo distabescat. potionem ei dabis sucum tisanae et sepo caprino in eo decocto, cui admiscebis sulfuris vivi et turis masculi aequis ponderibus mixtis.

---

1 insertus: *corr. Veg.* ‖ 5 mire: myrrhae pulverem *Veg.* ‖ 11 ⟨vino⟩? ‖ 12 tere: *corr. B* ‖ 13 nec to ‖ 17 *cf. supra 170* ‖ 21 cibum recusat et multum bibet *supra* ‖ 25 setabis: inter nares iumenti scalpello (sagittella) secabis et aquam frigidam per fistulam latam eius ori (in situla latiore *cod. Sangallensis*) suppones naresque ipsius (ipsas) assidue diebus plurimis merges, ut suspirium ditabescat in aqua *Veg. I 11, 13* ‖ 26 substa et: *corr. B* | mittens = si mittat

ex eo coclearia singula diurna dabis cum suco tisanae. cum coeperit fortior esse, sanguinem de cervice detrahito. hunc sine repromissione curato.

XXVIII Suspirium si erit *u*midum (alii vero succuta- **363**
neum), sic cognoscis. de naribus mucci ei exeunt crassi et putridi, et tussiet valde nec cibum nec potum appetit et corpori | deterior fiet et ex prioribus humeris incertus 125ᵛb
erit. cui nulla res subvenire poterit. hunc ergo nec aridum promittere non debemus. curari enim non possunt. curabis tamen, sicut supra.

XXIX De farciminoso. si quod iumentum farciminosum fuerit, signa haec demonstrabunt. in locis necessariis **364**
nascuntur tubergula plena sanie, quae et per se erumpunt et sanatur sibi et aliis locis renascuntur similiter. et vivet et per longum tempus et corpore gracilis fiet. evenit eos liberare posse. quem curabimus sic. ea tubercula urito cauteris rectis, ut non per se rumpant; ita enim incipient alias nasci. perungues ea loca sale et oleo, post VII dies distringito et delavato. cum usta ceciderint, curabis, quomodo vulnera curari oportet. et potionabis eum potione s. s., quae ad morbida iumenta composita est. curato eis sanguine de capite emittere.

XXX De arida tussi. si quod iumentum arida tussi **365**
laboraverit, difficilis est huius curatio. signa habebit talia. tussiet frequenter, distentus et difficilis spiritus erit in eo et ilia contrahit. curabis eum sic *ut* suspirium aridum, hoc est quam *b*ilem aridam vocant quidam. quod curari non potest.

XXXI De pulmonis labore. si quod iumentum a pul- **366**
mone laboraverit, signa erunt haec. stertet a cerebro et laborat per viscera [uterque reficiet corpus] et tussiet

---

4 *cf. supra 169; Veg. I 3* | tumidum | succutaneum: *sc.* vocant ‖ 7 insertus ‖ 11 *cf. supra 179*; *Veg. I 7* ‖ 14 sanantur ibi, set? ‖ *sq.* 16 curavimus | urit hoc auteris ‖ 17 *cf. Veg. I 14, 3* ‖ 19 delabato ‖ 24 alia: *corr. B* ‖ 26 ut *addidi* ‖ 27 vilem ‖ 29 *Veg. V 44* ‖ 31 ut aegre reficiat corpus *vel* itereque deficiet corpus *(cf. 113, 18) B*

graviter et in corpore ipsius exire solet non adsimiles forunculos. sic eum curabis. turis masculi pondo II, magma croci ℥ . . . mirra ℥ II, haec omnia bene tusa. et ex eo medicamento coclearium ex ovis numero III et aquam temperabis et sic ei dabis. si cibum non appetit, id medicamentum ex lacte caprino mixtum et mellis decocti coclearium ·I· dabis. vel sucum tisanae cum ovo et oleo rosaceo cum eodem medicamento mixtum potionem
367 dabis. curabis ei et offas dare *ex* farinae triticiae sextarios duos et *ervi* polline sextarium ·I·. admisces eo medicamento s. s. coclearia V, et ex lacte cuiuscunque pecoris conspergis, et ad offas numero VII diurnas sic ei dabis post potionem cottidianis diebus, usque dum cibum libenter appetat. cui offerens omnem escam viridem propter fastidium vel lenticula vel triticum vel ordeum torrefactum
126ʳa cum palea dabis, quod|quod ex his libenter accipere volet. cura, ut cottidie lacte recens des, et si non habueris, aquas. sinito eum ambulare, quo usque fortius se habeat; postmodum paulatim per crementum exercebis. sic sanum fiet.

368 XXXII Si pulmonem dolebit, sic eum intelligis. anhelat, suspirat graviter et tussis insequitur, ita ut sterteat, excreabitque purulentum. post dies aliquos, non in recenti, et prioribus pedibus claudicat, et putorem per nares gravem ostendit, difficiliter se iactabit et febricitans in praesepio incumbit, fatigationis beneficio stercora adsellatur [et] dura et vix conatur ad adsellandum et anxiatur. hi solent et corruptum adsellari, *si* quando in digestione
369 mal*e* accepti fueri*nt*. horum curatio difficilis erit. sic eum curas ad modum s. s. aquam eis bibere dabis, in *q*ua ervum antecessus lotum mansit, et aquam eius bibere dabis. quodquod pulmonis causa laborant, detrahendus

---

1 *sq.* similia furunculis tubercula nascuntur *Veg.* ‖ 3 hyssopi uncias duas, trifolii unciam unam *add. Veg.* ‖ 5 tempurabis ‖ 9 ex *Veg.* et ‖ 10 elbi ‖ 21 *Veg. V 44* ‖ 28 sic: *corr. B* ‖ 29 mali | fuerit ‖ 30 qua *B*: aqua

erit sanguis de palato vel de cervice, quorum tamen corpora fortiora sunt, et quibus fastidium non fuerit. item aliam curam ad eos facient*em* ex hac potione ostendo. vini odorati quartarium antiquum misce et da, aut ciceris infusi aquam bibere dato. detrahendus erit sanguis eis de palato et de temporibus et de cervice verno et autumno. exercitationibus et ceteris uti debebis. si gra- **370**
vius vexabitur, morbus est. lentisci radicem, thuris ʒ II vel si hoc non fuerit, mirrae ʒ ·I· cum croco suffunde cum vino. aliam eodem modo: costi ʒ III, † vini tantundem contrita cum vino dulci infunde per os. aut uvam albam exprime in os. aut radicis semen ex eodem modo dato, nuces amaras, id est amigdalas frictas cum aqua eodem modo. aliter: cardamo*m*um infusum in vino albo odoris boni et cotilam, similiter utere.

XXXIII Si a pulmone vexabitur, signa haec erunt. **371**
tumescunt intra ilia con*ca*vationes graves, cursibus retardabitur, itineribus deficiet. curari non poterit. curatio huius rei curanda est maxime, ut habeat vi*r*ium. escam infundere debes ordei, sic dare. ambulationibus cedere, unde insanus fit. pabulum opponere et potionem. *g*urationibus longis utatur, item unctionibus pi*n*guibus. † eum gravibus, mollit*e*r cubet. potionem | hieme da ex farina **126ʳb**
triticia, *aest*ate hordeacia. si autem deprehensus fuerit, costi et cinnami ʒ II, siringa, cassia, storace ʒ, his rebus cum tisanae suco potionabis.

XXXIV De ortho*pno*ico. si quod iumentum ortho- **372**
*pno*icum fuerit, haec signa erunt. inambulationem subinde

---

3 facientibus: facientem ⟨plus⟩ *B* ‖ 4 *sq.* cineres quoque ulmi loti et infusi *Veg.* ‖ 8 lentisci drachmam *Veg.* ‖ 9 cum croco: succari semiunciam *Veg.* ‖ 10 costi unc. II, cinnamomi unc. I, eryngii radicis unc. II, storacis semen *Veg.* ‖ 12 radici ‖ 14 cardamonium ‖ 17 convacationes ‖ 19 vicium: ut abeat vitium *B* ‖ 20 ⟨ab⟩ ambulationibus *W; postea lacunam statuit B* | cedere = desistere; caedere *B* ‖ 21 *sq.* curationibus ‖ 22 piguibus | *sq.* eum gravibus: unguatur *B* ‖ 23 mollitur: *corr. B* ‖ 24 aestate *scripsi:* est autem ‖ 25 *Veg. V 44 fin.* ‖ 27 *Veg. V 45* | orthonico | orthonicum

ei praestas et ambulare non vult, et suspirat graviter anhelito magno toto corpore et ambulare non potest, et subinde se proicit frequenter et cadet, et cum procubuerit, extendere se non potest nec dilatare, et cum ceci-
373 derit, magis resurgere vult. quod curatur sic. sulfur vivum ʒ II conteres usque et macerabis in vino odorato albo et melle, per nares saepius infundes, liqui*dae picis* pusillum et nitrum coctum valde commisces melle et vino et suffundes usque, donec spiritum contineat et careat vitio. non algeat et exercitationibus utatur. in potionem adicies, eodemque fenum aspergis. et si haec medicamenta eum sanabunt, catarticis uteris. curabis huic et sanguinem de cervice detrahere vel de pectore. sanum fiet.

374 XXXV De ortho*pnoi*co. si quod iumentum ort*ho*-*pnoc*am habuerit, signa erunt huius haec. ilia ducit vehementer et suspirat cum sonito, runcos ducit et curvatus erit, cibum nec potum recusat, et praefoc*at*ione in anhelitu patitur et manducans tussit, stans et iacens aequaliter runcos ducit. et *vivit*, per longum tempus protrahit; nam ex eo vitio liberari non potest. pulmo enim eorum
375 se contrahendo conmurit. unde et *mac*rescit in novissimo tempore et *tab*idus moritur. huic curam adhibes sic. sanguinem ei de pectore detrahes in recenti et ipso sanguine cum mero et oleo tepefacto eum perunges. lixivio cum oleo temperato per nares eum potionabis per dies V, postmodum sinapis Alexandrini fricti et sulfuris vivi et mirrae, cardamo*mi* aequis ponderibus. ex melle decocto tusa omnia et criblata misces. ex quo medicamento nucis magnitudinem ex vino nigro calido potionabis.

376 XXXVI De litargico. si quod iumentum litargum

---

2 mangno ‖ 6 odoratu ‖ 7 liquiet de pussillum: *corr. B ex Veg.* ‖ 10 adicies: *scil.* nitrum ‖ 14 *Veg. V 45* | orthonico | ortonam ‖ 16 runcos = ronchos ‖ 17 praefocione ‖ 19 bibit: *corr. B*, protrahat vitam *Veg.* ‖ 21 conmurit = comburit; comburit *vel* convoret *Veg.* | macrescit *B*: in ea crescit; unde et macies cum morte insequi consuevit *Veg.* ‖ 22 aridus: *corr. B* ‖ 27 cardamõ͠ *sic* ‖ 30 *Veg. V 47*

fuerit, signa eius erunt haec. iacebit et semper dormit nec cibum accipiet nec *potum*, somno consumitur. quem cum excitasti, statim adgravatus se magis proiciet. et sic amens marcescit, nec ulla res illum delectabit. et si potionem | dederis, dormitans vix eam accipit. sic eum cu- 126ᵛa
rato. in stabulo, ubi stet, substernito stercora mollia. noli eum permittere proicere se, et assidue eum excitato. in auricula eius scarabeum vel blattam mittito, et ita religato, et ibi *viv*at. et fomentabis ei caput calda cum **377**
pulegio decocta et postmodum perungebis oleo cum adarce trito, caput eius perfricat*o*. cui potionem dabis: camemelon, irin Illiriaca et Artemisia in aqua decoques, ex ea aqua cotulas II et olei rosacei ciatos II cottidie potionabis. cui et pedes priores frequenter non simul *cal*da fomentabis. solet enim haec passio et ab strictura pedum contingere. hac re sanum fiet. est quidem periculosa cura.

item et alia signa litargici haec erunt: oculi eius lacrima- **378**
buntur, qu*a*si qui lippiat, somn*o* operam da*n*s vel stans et in praesepio incumbens dormit, et a posterioribus natabit ambulans et totus gravabitur. sic eum curabis. detrahes ei sanguinem de priori pede dextro et a femore sinistro. potionem dabis hanc. herbam Artemisiam contusam et criblatam dabis ex cinericia sextarium ·I·, ex eo et oleo ciatos II, hoc per triduum uteris, quarto die intermittas. *si* cibariam non appetit, ervum mollitum ex aqua tepida **379**
bibat in die unum *sextarium*, in quo bibere dabis. si hoc non proficerit, lini semen coquis ex aqua in ollam. postquam coxeris, dabis ei per dies singulos eminas singulas et mellis quod satis est et effectum faciet. hae*c* res et ad febricitantes prosunt. sanum fiet.

XXXVII De morbo regio. si quod iumentum morbum **380**
habuerit regium, signa erunt haec. utrique oculi viridicabunt, cervicem inclinatam habebit in dextram partem, in

---

2 potum *add. Veg.* ‖ 9 ut ibi? | ibat ‖ 11 perfricat ‖ 14 simul: semel? | adda ‖ 18 quia si | sompnio | das ‖ 19 natabit: nutat *Veg.* ‖ 23 cum lixivii sextario *Veg.* ‖ 25 si *addidi* | mollitum *aut* mellitum *Veg.* ‖ 26 s(extarium) *suppl. B* ‖ 29 hee ‖ 31 *Veg. V 48*

sinistro videbitur claudicare, *et*si in dextrum habuerit claudiginem. ita curato. include eum loco tenebroso, ubi nec lumen viderit. ignem ibi facito et sagis operito ita, ne oculi eius appareant. bis die oleo et vino defricato. lapi-
381 des molares ne minus V in ignem imponito. cum bene caldaverit, pecus ad pedes *caput* co*pulat*o et sub nares oleo
126ᵛb eos perfuso*s* fumigato, | et per dies VII his potionibus eum curabis: sanguinem caprinum cum lacte ovili, si*l* *Gallicum*, costum, oleum; haec in uno inmisceto et per dies XVII potione dato. sanum fiet.

382 XXXVIII De bile. si quod iumentum bile molestabitur, signa erunt haec. concurrit ac volutatur tempo*r*ibus, similiter ut strofos*us*. sic hoc curato. sanguinem emittito de cervice et potionem dato: herbam trisaginem nigram sescunciam, herbam trisaginem albam pond*o* *ses*cuncia, magman croci ℈. inmiscebis vinum et pisatum cum nitro et potionem dato ex aqua mulsa eminam per narem sinistram, ut s. s. est. sanum fiet.

383 XXXIX De bile arida. si quod iumentum bile arida vexabitur, nihil *eum* curar*e* poterit. ergo murtam agrestem cum vino contritam infundere in dextram narem debebis, ordeo autem non satiare, in farre tritic*eo* potionem dare ex aqua oportet.

384 XL De vomi*c*a. si quod iumentum a vomica vexabitur, hic morbus valde gravis est. signa erunt huius haec. incidens difficiliter resurgit, et olebit ei spiritus, graviter incumbet in eo loco, a quo vexabitur, tussit et aliquando purulentum excreat. sic eum curabis. thuris ℈ V . . . in unum contusa cum vino tepefacto ei per nares

---

1 sed si ‖ 5 non minus pondera quinque *Veg.* ‖ 6 pedes complantato: animalis caput copulatur ad pedes *Veg.* ‖ 7 perfuso ‖ 8 *sq.* simul calidum: *corr. Veg.* ‖ 9 oleoque pariter admixto *Veg.* ‖ 10 dies XII *Veg.* ‖ 11 *Veg. V 49* ‖ 12 concurrit (*i. e.* concursat): commovetur *Veg.* | tempuribus: = frequenter ‖ 13 strophosos ‖ 15 sescunciam: *suprascr.* ℈ | ponde | sescuncia *ego*: ex tuncia ‖ 19 *Veg. V 50*; *H 202, 18* ‖ 20 enim curari: *corr. M* ‖ 22 triti: pro hordeo far triticeum dabis *Veg.* ‖ 24 *Veg. V 52* | vomita ‖ 28 *sq.* turis dragmas duas, aristolochiae uncias duas *Veg.*

infundes. quod si non habueris, sulfuris ℥ II, aristologiae ℥ ·I· eodem modo dato. cibo autem maxime diligendus est, ut habeat *nutr*imentum. vitium [ut etiam] ambulationibus lenibus cum etiam ruperit se, utere cauteribus circa pectus oportet.

XLI De podagra. si quod iumentum podagricum fuerit, **385** signa erunt haec. stare non potest nec ambulare, sed claudicabit aliquando et alternis pedibus, et proiciet se similiter, tanquam qui ordeum nimis acceperit. cui tali vehementer dolebunt. cui si palp*a*re volueris, non patiatur doloris aliquid beneficio huius rationis, dum interdum in totum nihil concoquet. et horridum et fervens habens totum corpus su*d*et, *et* superiores eius venae extant, et testiculi eius subinde salient alternis, veretrum procadet et subinde arriget, et pedibus inaequalibus stat, et stercus in ungulis eius haerent propter nimiam excalfactionem, quemadmodum subtricio. sic eum | curabis. non patieris **386** 127ra eum accumbere, et coges eum ambulare perminutatim loco tecto usque, donec sudet, et defricabis eum manibus totum corpus, donec persudet. sanguinem ei detrahes a capite de superioribus venis, sed noli multum. et iterum per dies VII sanguinem de posterioribus locis emittes supra talos et de gambis eius, et noli multum, vel desub ipsis

---

1 *sq.* aristolochiae unciam semis *Veg.* ‖ 3 iumentum: *corr. Veg.*; ut habeat ⟨ad⟩iumentum virium: uti etiam . . ambulationibus lenibus ⟨oportet⟩: cum etiam ruperit se, . . . pectus. *B* ‖ 6 *Veg. III 53; H 164* | *sq.* *ποδάγρᾳ εἰ ἐμπέσοι ἵππος, οὔτε ἑστάναι δύναται οὔτε περιπατεῖν, ἀλλὰ κατακλίνεται ἐοικὼς τῷ κεκριθιακότι καὶ ἔστιν ἀνόρεκτος πρὸς πᾶν τὸ προσφερόμενον καὶ τὸ στόμα (σῶμα Chiron) θερμὸν ἔχει καὶ κατάξηρον τήν τε ὑπερῴαν μετέωρον, οἵ τε ὄρχεις αὐτοῦ ἐνάλλονται ἐναλλὰξ καθ' ἕνα καὶ ὁ καυλὸς προπίπτει καὶ ἐπαίρεται, καὶ οἱ πόδες ἐν τῇ στάσει προσλαμβάνονται τὰ κόπρια διὰ τὴν πύρωσιν ὡς καὶ ἐν τῇ ὑποτρίψει.* ‖ 10 palpebre ‖ 12 torridum *B* ‖ 13 et suet superiores: aestuet *B* ‖ 21 *sq.* *καὶ πάλιν δι' ἡμερῶν ἑπτὰ ἐκ τῶν ὀπισθίων ὑποκάτω τῶν ἀγκυλῶν παρὰ τοὺς ἀστραγάλους ὡσαύτως μὴ πολλῇ τῇ ῥύσει ἔκ τε τῶν ἐμπροσθίων* ‖ 21 non multum *Veg.* ‖ 22 sequenti (*i. e.* II) die *Veg.* ‖ 23 tertio de gambis *Veg.* | non multum *Veg.*

dolorum locis. bibere ei dabis aquam calidam, in aquam
387 adicies nitrium et farinam triticeam. est autem et hoc: [heren in] manu plena [vel] *he*r*an*th*e*m*um* et thuris pollin*em* acetabulum plenum maceratum in vino suffundes ei per nares triduo cotulas singulas. facit et hoc: *be*ta cocta ex aqua, deinde cocta exprimis et aquam eius adicies ciatos tres, suffundito, deinde exercebis eum. omnibus [de] his uteris. *s*et maxime plus expedit purgare eum iumen-
388 tum, qui hoc vitio tenetur. expurgatio*ne* enim totius corporis levioris facies et eas venas, quas in pedibus habet, et non erit spurciti*e*s, quae in eius pedes recurrat. sed post purgationem hoc utere. timi acetabulum plenum in vino veteri dulci macerato cotulam ·I· et per nares ei suffunde et fenum illi oppones. quod si non habueris novum, fenum vetus nitrio asperso da. quod si non resederit vitium, castrato e*um*, et sanum fiet.

389 XLII De ortaculo, quem stilosum vocant. de ortaculo, quem quid*am* stilosum vocant. quem sic cognoscis. patitur hic contractionem nervorum in pedibus prioribus, et capitibus ungularum calcat. rectis articulis erit. quare et *ort*aculi vocantur, quod stilo recto similes pedes habet, *inde* *st*ilosi dicti sunt. plenas ungulas in terram ponere non possunt, pendentibus taxillis incedunt recte, quasi clodigine. quibus nervi in articulis dextra sinistra eminentes erunt, quasi scauros futuros sic eo*s* multi *ae*stimant. quod contingit hoc vitium sarcinaris causa magnorum onerum et viae fragosae labore, unde nervorum stric-
390 turam patiuntur. quod vitium curatur sic. sanguinem ei

---

2 et autem: facit autem *B* ‖ 3 heren in = *ἱερά̓ν* | rathenium: *ἰρανθέμου ῥίζης δράκα καὶ μάννης ὀξύβαφον* | *sq.* polline in: *corr. B* ‖ 5 beta *M*: ut a; betas etiam excoques et aquam earum ad tres cyathos suffundes *Veg.* ‖ 6 *μίξαντα ἐλαίου κυάθους τρεῖς κοτύλαις τρισίν* ‖ 8 set *B*: et ‖ 9 *τοῦ γὰρ σώματος ὅλου εὖ διακειμένου τὰς εἰς τοὺς πόδας ἐπιῤῥοίας βελτίους εἶναι συμβήσεται* | expurgatio ‖ 11 spurcitias ‖ 12 *ἰρανθέμου ὀξύβαφον οἴνῳ διέντα*, thymi *Veg.* ‖ 14 fenum viride *Veg.* ‖ 16 eo ‖ 17 *Veg. III 54* | ortaculo = *ὀρθοκώλῳ* ‖ 18 quidem ‖ 21 articuli ‖ 22 inde *B*: i. e. *sic* | telosi | plenas: planas *Veg.* ‖ 25 eo | extimant

desub cirro detrahes vel de coronis, ungulas bene componis, *poll*ine ex ordeo et resina et axungia cocta ter in die mittes, *a*qua *cu*m vervenis fovebis, et acopo perfrigabis | tota eius crura per dies VI. cataplasmabis eum 127ʳb
ex polline ordeacei et lini semine et fenugraeci aequis partibus ex vino cocta. cataplasmam inpones in omnibus cruris ante ac*o*po perunctis cum articulis totis, ab articulos usque ad genu munitos facies et fasciabis. bis aut **391**
ter diurnum promovebis eum paulatim. si hoc non profecerit, malagmen hanc in articulis eis inpones: ammoniaci ʒ II, galbani ʒ II, oppoponacis ʒ II, medullae cervinae ʒ II, resinae terbentinae ʒ II, ciclaminis libra, apoc*i*matis libra, resina fricta libra et semis, oleum vetus pro modo. coques igne lento et colabis, temperabis eam, ut non sit
stricta, mollius, impone in aluta per dies plures, donec sani sint. hac re sani fient. difficiliter quidem proveniunt. sic remanere solent, si tardius eis cura adhibita fuerit. alii vero urent eos decontra in articulis palmati*m*. sed et sic raro proveniet.

XLIII De tussi ab interiora. si quod iumentum **392**
tussiet ab interioribus, sic eum intelligis. nares ei p*rae*cludes, *ut* spiritum reddendi non habeat, et aspicies iliam, quomodo ducat: si spissius iliam duxerit, scito esse tussim totius iocineris vel pulmonis vel praecordiorum causa
esse, sed recentem. si l*e*nte iliam duxerit, scito esse veterilem et ex inter*ioribus*, ilia ubi cinguntur intestina, quod quidam sapientiam vocant; eorum tensionem intus esse scias et inde eum tussire. h*i* convulsi appellantur.

---

2 prolinees: *corr. Veg.* ‖ 3 quam vervenis: tepida quoque aqua in qua verbenae decoctae fuerint, confovebis *Veg.* ‖ 7 antea capo | cum articulis totis *om. Veg.* ‖ 12 apocismatis: = *ἀποχύματος* ‖ 14 temporabis ‖ 18 palmati: paulatim *Veg. perperam* ‖ 20 *Veg. V 64* ‖ 21 *sq.* percludes et: *corr. Veg.* ‖ 22 habeat: *sc.* facultatem ‖ 23 spissis pulsibus *Veg.* ‖ 25 siliente: si lentis pulsibus *Veg.* ‖ 26 inter: *suppl. Veg.*; ex interiore ilia, ubi *aut* ex interilia (*fictum ut* internatium, interscapulum *alia*) *B* | in quibus intestina iumentorum ligantur *Veg.* ‖ 27 sapientiam = *φρένας*? ‖ 28 hic

ex [a]qua re perpetuo tussi*unt* magis, et si qui facilis-
393 sime cursum laborant. ex qua re haec omnia s. s. in equis, qui vulsionem patiuntur, intelliguntur. †quem cum sibi idem nec cura sana sunt, cicatrices eorum locorum stricturam faciunt, quorum titillaginem passi perpetuam tussim patiuntur. quae res magis leniter parastaticari potest, persanari non potest, ut non tussiat. sic eum curabis. fenugraeci et lini seminis sucum et dragantum, thus masculum et mirram et crocum et ervi polline, haec omnia tusa et criblata bene aequis ponderibus ante
394 pridie in caldam infusa maneant. altero die madefacta ex hoc suco s. s. mixtam temperabis, ex aqua per cornu, ut possit commeari intus. dabis cotulas singulas admixto
127ᵛa oleo rosaceo per dies plures. ex hac compositione | valde bene accipiuntur. si recenti dederis, persanabuntur. ad huiusmodi vitia ne quit aliquis austeriorem dederis potionem, ne cito occidat. haec enim res lenes et cat*arro*icas et simplices et collecticas et refrigerantes potiones accipiendo leniuntur et ad sanitatem gaudent. ergo simile aliquid dederis. sanitate gaudet.

395 XLIV De *em*fraxi. si quod iumentum *em*fraxin tenuerit, quod latine praeobturatio dicitur, signa erunt haec. vitium praeterea et quare contingit, monstrandum est. fit autem hoc ab arido cibo, si sitim abstineat [et] iumentum. ex qua re fit frequens suspiratio et difficilis in cura. unde fit flegmon, quae appellatur inflatio. ex quo vitio scapulae eis et ilia inflata fient, et duriorem ventrem facit et remittit stercus durum tanquam glaebulas et sufflat per anum. hoc ipsum vitium autem

---

1 tussi sunt: cursu nimio vel latiore saltu . . . ex nimio quoque aestu vel intolerabili frigore interiora vitiantur et tussim faciunt *Veg.* ‖ 3 *sq.* quae cum adhibita omni cura sana sunt *B* ‖ 5 titillaginem = titillationem ‖ 8 *sq. Veg. pondera singula add.* ‖ 12 temporabis: teporabis *B*, ex aqua tepida *Veg.* ‖ 17 lenis | catoricans ‖ 18 colecticas: = κολλητικάς ‖ 21 *cf. Veg. II 12,3* | tenefraxi | cenefraxin | habuerit? ‖ 22 praeoccupatio *Veg.* ‖ 23 vitium *aut ad* tenuerit *olim pertinuit aut post* quod *inserendum B* ‖ 26 flegmone? ‖ 29 vitium *del. B*

quidam dicunt spiritum spinae ipsius esse. quidam emfragma appellant. in quo vitio quidam sic succurrunt, **396**
ut clisterient eos per anum. curam...cucumeris agrestis radicem contusam et eius sucum expressum ad cotulas III et vinum tantumdem et olei cotulam ·I· et admixtis omnibus sic uteris et per os suffundes. alii quidem et hanc succursionem demonstraverunt. stercus columbinum ♏ ·I· vel gallinarum domesticarum macerari in vino dixerunt et admixto nitro potionem dare. et hoc autem beneficium, ut nitrium contusum bene in cibo ei dabis, ex quo et potionabis, ex oleo et aqua mixto: prodest. cave **397**
ne quis eum molestet et ad laborem aut ne iungat, sed inambulet perminutatim et fiat ei frequens defricatio ex vino et oleo calido. sed defricationem . . . facit autem et hoc, si sanguis ei de cauda detrahatur longius ab ano digitis 4^{or}, ibi de ea vena sanguinem emittis. sunt alii quidem, quibus nares patent et suspirare non possunt, et decidunt a ventre et lateribus. hoc autem vitium incidet in eos a sicca esca. subvenitur autem his...et ad percurandum herbam viridem offeras ei escam.

XLV De timpanitico. si quod iumentum tympani- **398**
ticum fuerit, signa erunt haec. non tam libenter cibariam appetit nec facile dormit nec tam libenter bibit, nonnunquam ilia subducet. si nares mundos habuerit, ita | **127^{v}b**
in illo spes erit vivendi. sic eum curabis . . . deinde aliam potionem decoctam dabis: ysopi ℔ trie*n*., alium viridem quod satis erit, palmas XX numero, fenugraeci ciatos VI, aquam cisterninam et vinum optimum admisces tepida, triduo potionem dabis.

XLVI De praeobturationes. si quod iumentum prae- **399**

---

1 *sq*. enflagma ‖ 10 beneficium est nitrium *B* ‖ 12 ut ne? ‖ 14 ad defricationem? ‖ 21 *Veg. V 26,4* ‖ 23 si per nares mucos coeperit emittere, desperandum est *add. Veg.* ‖ 25 cremorem ptisanae et defruti binos cyathos per triduum dabis tepidos *add. Veg.* ‖ 26 trie: = trientis, *cf. supra 144*; uncias quatuor *Veg.* ‖ 28 vinum odoratum vetus *Veg.* ‖ 30 *sq. H 146 ἐμφράγματος γενομένου σημεῖα τάδε. οὐρὰν ἀποτεταμένην ἔχει, ῥώθωνας διεσταλμένους καὶ τῷ ποδὶ τύπτει τὴν γῆν*

obturatum factum fuerit, signa erunt haec. habebit caudam extensam, et nares ei *non* constabunt, et [de] de pedes feriet terram, et omne stercus odoratur, et subala ei sudat, aliquando †e quae et tremor ei fit, et tanquam qui meiare volet, volutat. contingit autem ob hoc, *si* stentinus reversabit se, per quem solent iumenta adsellari, cum eius stentini pars foras se misit et vix redit. quod curatur sic: vini veteris et olei cotulis binis *et* ambulatione plurima et feno viridi. *si* volutare vult, noli mutare. ea vitia difficiliter vincitur.

400 XLVII De ydropico. si quod iumentum ydropim

καὶ τῆς κόπρου ὀσφραίνεται ἰδροῖ τε τὰς μασχάλας (*trad.* *μάλας*) *καὶ τρόμος περὶ τοὺς ὤμους ἐνίοτε γίνεται καὶ ὡς οὐρητιῶν προχαλᾷ τὸ αἰδοῖον καὶ κυλίεται. συμβαίνει δὲ τοῦτο, ὅταν ἀπὸ τῆς κοιλίας τὸ ἐπὶ τῆς ἐξόδου ἔντερον ἐπιστροφὴν λάβῃ καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἐγκείμενα εὐέξοδα μὴ γένηται. θεραπεύεται δὲ ἐγχυματιζόμενος οἴνου καὶ ἐλαίου κοτύλαις δυσὶ καὶ περιπάτῳ πλείονι καὶ χόρτῳ χλωρῷ χρώμενος καὶ ποτιζόμενος τῷ νίτρῳ. κυλιόμενον δὲ μὴ κωλύειν. ὁ δὲ τοιοῦτος δυσχερῶς περιγίνεται.* ‖ 2 non *addidi* ‖ 4 e cervice tremor *B* ‖ 5 ei ‖ 9 et *B*: ex | si *addidi* ‖ 11 *sq. Veg. V 24, 2; H 134* *ἐπιγνώσῃ δὲ ἔχον μεγάλην γαστέρα, οἰδοῦν τὰ σκέλη καὶ τοὺς διδύμους καὶ τῶν ἐμπροσθίων τοὺς ἀγκῶνας ἢ γόνατα λεγόμενα, ξηρὰν ῥάχιν, ἰσχία καὶ λαγόνας ὡσαύτως, αἵ τε κιθάραι παρ' ἑκάτερα τοῦ νώτου ὀστοφανοῦσι, τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ φλέβας ἀδήλους ἔχει καὶ τῷ προσώπῳ ὡσαύτως καὶ τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ. ἀψαμένῳ δὲ τοῦ οἰδήματος τῇ χειρὶ εἴκει καὶ ἐντυποῦται, καὶ κατακλινόμενος ἐπὶ τὴν κοιλίαν οὐ μένει ἀλλ' ἐκτείνει ἑαυτὸν καὶ πλατύνεται, καὶ ἐν τῇ τρίψει ἐκρεῖ τὰς τρίχας. θεραπεύεται δὲ περιπάτοις ἐκ προσαγωγῆς (προαγωγῆς trad.) κατ' ὀλίγον τὸ πλέον ἐν τῷ ἡλίῳ ἐσκεπασμένος σισύραις ἐξ ἐρίου, αἳ ἱδρῶτα κινοῦσι. τρίψει δὲ χρῆσθαι δι' ὅλου τοῦ σώματος καὶ τροφὴν διδόναι ῥαφανίδας καὶ τὰ φύλλα αὐτῶν καὶ σέλινα, καὶ ὅσα καθαρτικά εἰσι καὶ διουρητικά, καὶ χόρτον χλωρόν, ἐὰν ᾖ ὁ καιρός, εἰ δ' οὐχί, ξηρὸν καταρραίνοντα νίτρῳ. ἔστω δὲ μάλιστα ἡ τροφὴ μηδική, ἢ ἐρεβίνθους τοὺς λεπτοὺς βεβρεγμένους ἐν ὕδατι νύκτα καὶ ἡμέραν καὶ ἐστραγγισμένους παραβάλλειν. μὴ ἐνδιδόντος δὲ τοῦ πάθους παρακεντεῖν τε ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ ἢ τῆς κεντρίτιδος λεγομένης ἀπὸ δακτύλων τριῶν τοῦ πρὸς τὴν χώραν μέρους καὶ ἐντιθέναι καλαμίσκον, δι' οὗ ῥύσις γίνεται τοῦ ὑγροῦ. ὅταν δὲ ἀπορρυῇ, ἀρτηριάζεσθαι καὶ θεραπεύεσθαι ὡς τραῦμα. ἔστω δὲ ἡ διαίρεσις μὴ μεγάλη, ἵνα μὴ ὁ ἐπίπλους ἀκολουθήσῃ. γενομένου δὲ ὑγιοῦς τοῦ τραύματος ποιεῖν αὐτὸν μᾶλλον τρέχειν, ἵν' ἐπὶ τὸ*

passum fuerit, signa erunt haec. venter ei turget et crura et testes et *tibia*, cum ambulabit, aut genu; similiter lumbi, latera, scapulae et circa totum dorsum, usque eo totum, ut ne quidem venae eius nec in capite videri possunt. eidem sub li*n*gua cum tetigisti easdem manu, subtussiet. fit totus tympanites. quotiens eum reclin*a*s in ventrem, sufferre se non potest et tenditur *et* dilatatur. sic facies. ambulationibus brevibus perminutatim plurimum in sole eum ducito opertum sagis, qui sudare sustineat. quem defricabis adversum pilum per totum **401** corpus. cui cibum radices et folia earum, quia et expurgationem faciunt et expellent vitium, vel si fenum habueris viridem, dabis [nitrio asperso]; vel si viridem non habueris, dabis aridum nitrio et aqua sparsum. aut lupinos maceratos die et nocte in aqua deinde siccabis et sic ei dabis idem manducare ciatum diurnum. si [se] morbus ex hoc se non abstraxerit, paracentesin facies de ventre. quem non diu exiccabis et paulatim per dies ab umbelico IIII digitis longius ad veretr*u*m versus sagitta pungis, ut peritoneon ipsum rumpas. et subicies **402** fistulam ce*n*tetalem et sustines humorem currere. quem excipies in vaso, quod satis tibi videtur. et auferas fistulam et duo grana salis in plaga subicies, ut possit non cludere, et super | emplastellum. cum exiccaveris to- 128[r] a tum humorem, curato vulnus diligenter et potionibus catarticis eum potionato et exerceto eum inter dies, donec sudet. quanto fortior fuerit, tanto agilius *g*urato. abstineto a potu cottidianis diebus. modicum bibat. sanum fiet.

XLVIII De farto. si quod iumentum fartosum [in] ventrem **403** habuerit, cum ebiberit, tantum sufflat inflatus. sic eum curabis. cineris lixiva sextarium ·I·, plantaginis semen conterito et dato iumento † et s. s. cito, usque quo resedeat inflatio. sanum fiet.

πλεῖον ἱδρῶτες γένωνται. ἐμποδίζειν δὲ αὐτὸν πίνοντα ἐπὶ πλεῖον, ἵνα μὴ οἱ κενεῶνες πληρωθῶσιν. ‖ 2 tibia *B*: ubi ‖ 5 ligua cum tetigistis eadem ‖ 6 reclinans ‖ 7 et *B*: nec ‖ 11 quae et *M* ‖ 17 *cf. supra 233; infra 679 et 708* ‖ 19 feretrem, v *superscr.* ‖ 21 certe talem: centeralem *Veg.* ‖ 27 curato: *corr. B* ‖ 32 ex s. s. *B*, *cf. p. 126, 23 sq.*

404 XLIX De ecedermia. si quod iumentum *c*cedermiam habuerit, quod latine coriaginem appellant, signa erunt huius haec. corpus non reficiet, nimis emacrescit et sine febre non erit, et corium illius ad costas haerebit, nec stercus reddere potest eviriationis causa, corpus eius horrescit, et in tergus eius nonnunquam furunculi exire solent, qui nec spinam reddit et multum manducat. et sic eum curabis. tumum et sale cum vino rubro conterito et tubera, si qua sunt in eo, confrigato. et aliam unctionem ei parato: picem, ceram et resinam cabialem et thuris polline aequis ponderibus in unum coquito et
405 temperato oleo veteri et ex eo perungito eum totum. que*m* potionabis his rebus: vino et oleo et mirra aut piper album grana numero 30. conteres omnia et dabis aut rutam in vino decoctam, aut apoponacem in vino decoquis et dabis. vinum in quocunque medicamento ne plus quam cotulam adicies et olei viridis ciatum ·I· . hoc autem ipsum vitium, quod videtur sine causa esse, rationem suam habet. nascitur autem ex perfrictione et ex coactione, cum penuriam cibi passi sunt et inedi*a*m.
406 nam multi auctores dixerunt hoc vitium causam non habere. qui enim hoc vitio tenebitur, si co*e*perit non cibari et corpori fuerit solutus et capillos stantes habebit, hoc dare ei debebis: scrophae sanguinem, sed novellae, non vetulae, cum vino; aequis portionibus dabis, per os ebibat; sed videto, ne plus aliquando sanguinis dederis, occidet enim. quod magis expedit minus dare. facit et hoc ad vitium: cepas Germanas et erucae semen aequis par-
128[r] b tibus | dabis, per os ebibat ℥ III diurnas, utrisque bene tritis misce vinum et cotulas per singulas dabis. cur*a* autem reliqua eius plenissima adhiberi oportet, ut in roboroso.
407 L De sintetico. si quod iumentum sintecticum fuerit factum, sic cognosces. erit hic sine febre, ut sanum.

---

1 *Veg. V 53* | cedermiam ‖ 12 *sq.* totumque: *corr. B; an* totum. ⟨tum⟩que? *B* ‖ 13 myrrhae semiunciam *Veg.* ‖ 15 fasciculum rutae *Veg.* ‖ 20 inediarum ‖ 22 sic operit ‖ 28 aerucae: rutae *Veg.* ‖ 30 cur ‖ 31 roboro suo ‖ 32 *Veg. V 54*

nimis macer fiet et cottidie consumit se ipsum, corpus illius et fiet eminentibus omnibus ossibus. et manducans multum esurit, et quidquid invenerit, rodere vult famis beneficio. stercus semper durum adsellatur, et trahet per longum tempus, eo usque vivunt. nec surgere possunt et iacentes fatigati sic manducant, quasi putes eos reficere se posse. hi autem, qui hoc vitio tenentur, multum manducantes fame moriuntur. consumit hoc vitium eorum **408** medullas. quidquid enim escam accipiunt, ad stercus se ducit. similiter et potus ad urinam, et nihil ex his ad medullas eorum pervenit, propter quod stomacus eorum concoctionem caloris non patitur. nimio enim frigore constrictus iocineri nihil propinat, ubi totius corporis virtus ad nutriendum corpus per sanguinem praeparatur, increscit et venis et cordi; ex eo medullae, quae nihil sumunt ex parte superiore. tabescit in eis ipsum iocur, minuet. paulatim totum corpus per longum tempus ita erit, ut arbor, quae partis maioris radicis suae ex aliqua re perdidit. et quae minor radix **409** fuerit huius arboris, si valeat, ad praesens praestat ei victum; tamen per tempora stans arescit. ita sintectici simili modo moriuntur. quos sic curari oportet. primo in tempore unctionem facies: sale, cera pondo II, resinae terbentinae libra, medullae cervinae libra, axungiae veteris sine sale ℔ libra, propolin ℔ selibra, irin Illirica ℔ selibra, oleum laurinum quantum satis fuerit. coques ea omnia s. s., et temperatum id medicamentum ad ceroti mollitiam colabis et tepido admisces irin Illiricam tusam et cretam, idem tudiclabis, ut una refrigiscat. ex hoc **410** medicamento perungito totum iumentum et perfricato manibus, usque donec excalefaciant. hoc facito in ternos dies, et copertum sit et cottidie paulatim exercitetur,

---

4 *sq.* trahunt longam ac miserabilem vitam *Veg.* ‖ 13 constrictum ‖ 14 victus *M* (*cf. l. 21*) | corporis: *corr. Veg.* ‖ 15 praeparatus: *corr. Veg.* | cordis ‖ 16 qui ‖ 17 minum et: *corr. B*, minuitur *Veg.* ‖ 22 quo ‖ 24 axungia: *corr. Veg.* ‖ 26 ⟨samsuci libram⟩ oleum *Veg.* ‖ 29 tutuclabis: tuditabis *M*; agitabis *Veg.*

ut digestionem patiatur. cui potionem dabis hanc: abrotani ℥ IIII, sandonici ℥ IIII, trisaginem ℥ IIII, *c*amepiti
128ᵛa ℥ IIII, gentianae ℥ II, aristologiae ℥ II, murra ℥ II, | panacis radices ℥ II, croci semen ℥ I, rutae semen ℥ ·I·, haec omnia bene tusa. ex eo medicamento coclearia II in v*i*num decocta cottidie sic dabis per dies numero IX.
411 post dies IX potionabis eum suco ptisanae, in quo acro decoctus est, in qua miscebis ervi pollinem coclearia duo. hoc dabis pluribus diebus, ut viriculas accipiat *et* resumat. deinde reverteris ad potionem superiorem. similiter facies sicut s̃, iterum revertere ad sucum ptisanae. hoc faciendum est alternis periodis, donec sanum sit. dabis ei interdum et vacuis diebus ex farina triticia cum lacte consparsa, dabis et furfurem triticium et paleam. ordeum nunquam dederis nec infusum. herbam ne dederis, nisi coeperit corpus reficere.

412 LI De *i*cterico. si quod iumentum habuerit *i*cteron, signa erunt haec. oculos viridiores habet, et de oculis eius exiet similitudo fa*b*ae, et corium eius durescit et pilos horridiores habebit et fatigatus erit, ambulans genuis claudicabit. sic eum curabis. panacis radicem et apii semen ℔ libra et mel Atticum tantundem contundito et ex aqua lupinorum ad sextarios singulos, et ex medicamento *s. s.* coclearia tria et admixto cito et dato potio-
413 nem. si hoc non potueris †vincerari vini sextarium ·I· addito in pultario novo, qui capit sextarios III, et caninum stercus album ℔ ℥ admisceto, pultarium sub di*v*um ponito. postero die potionem dato ne minus sextarium ·I·, impleto *cal*da *aqua*. *et* hac maceratione utere diebus V,

---

2 amepiti: camepiteos *Veg.* ‖ 4 opopanacis uncias duas, eiusdem radicis, succari semiunciam *Veg.* ‖ 6 vinum *Veg.*: unum ‖ 9 at ‖ 13 offas ex farina *Veg.* ‖ 15 nec: nisi fortassis *Veg.* | herbam viridem *Veg.* ‖ 17 *Veg. V 55* | interico | interon ‖ 19 fave: *corr. Veg.* ‖ 22 *sq.* contundito atque cribrato *Veg.* ‖ 24 superius descripto *add. Veg.* | IV cochlearia miscebis *Veg.* ‖ 25 non profecerit [vincerari] *malim*; si tardius adiuvat *Veg.*; vincere *aut* eum curare *B* ‖ 27 subditum: sub divo *Veg.* ‖ 29 ad aque ex: daque ex hac *B*

deinde renovato cicer et stercus caninum quinto die. utere, quemadmodum s. s., usque dum sanum fiet.

LII De strofoso. si quod iumentum strophosum fuerit, **414** signa erunt haec. volutabitur, ad ilia sibi respiciet, maligne manducabit, stercus durum adsellabit, prae dolore pedibus terram tundet, et non post multum solet sibi refrigerare. sic eum curabis. acori ʒ ·I·, anisi ʒ ·I·, apoponace ʒ ·I·, haec in uno contundes et cribro tenui cernis, coclearia II in vini sextario et in oleo semis immisce et tepidum per cornu dabis triduo. si hoc non proficerit, caprofici folia quod satis est, et olus siccanum in uno conteris et in aqua tepida triduo dabis. si hoc non proficerit, dabis, quemadmodum s. s. sic sanum fiet. | 128ᵛb

LIII De iocineris dolore. si quod iumentum iocineris **415** dolorem habuerit, signa erunt haec. cibaria non tam libenter appetit et multum bibet et corpus non recipit et ventrem inflatum habebit. sic eum curabis. tisanae cremorem et olei rosacei ciatos III. si hoc non proficerit, hissopi quadran., apii semen ciatis VI, abrotani p ʒ, alium viridis, quod satis est, et ex vino optimo in tertias decoques. per aliquod dies potionem dabis, et ab interiori parte motus sanum fiet.

LIV Si quod iumentum a iocinere laborabit, signa **416** erunt haec. tumescet infra ilia et nervos contendit, anhelitus gravis erit, in cursibus gravantur et itineribus,

---

3 *Veg. V 56* | sthrofoso ‖ 7 *sq. Pel. 128* | singulas libras *Veg.* ‖ 14 *Veg. V 57* ‖ 19 hisoper quaran: hyssopi uncias tres *Veg.*; pondo quadran? | apii seminis uncias tres *Veg.* ‖ 20 vel sicci paulo minus, si viridem abnegat tempus *add. Veg.* ‖ 23 *sqq. H 109 Agathotychi τὸ ἥπαρ ἀλγῶν ἵππος σημεῖα ποιεῖ τάδε. ὀγκοῦται τὴν λαγόνα τὴν δεξιάν, ἀναπνοὴν ἀγρίαν ἔχει, ἐν τοῖς δρόμοις τε ὑστερεῖ καὶ ἐν τῷ περιπάτῳ βράδιον κινεῖ τὰ ὀπίσθια σκέλη καὶ τὴν κοίτην ἀποφεύγει. διαιτηθήσεται δὲ μάλιστα τῇ ὑγιαζούσῃ καὶ ὑγροτέρᾳ τροφῇ καὶ περιπάτοις κουφοτέροις ἀπεχόμενός τε γυμνασίας. τὴν τροφὴν δὲ αὐτῷ δίδου κατ' ὀλίγον καὶ κοίτην εὐτρέπιζε μαλακωτάτην καὶ ἐνάλειφε λιπαρῶς τό τε ὕδωρ δίδου συνεψημένον ἀβροτόνῳ, διὰ γὰρ τῶν ποτῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἐγχυματισμῶν θεραπεύεται* ‖ 24 in dextra ilia?

subsidunt et posteriores pedes, effugit cubitus. pabulo itaque oportet uti humido, ut eam escam habeat, utere ambulationibus, et *bib*ere minutatim, cubitos facere longiores. oportet itaque ut*i* unctionibus pinguibus et stramentis mollibus. aquam bibat cum abrotano, propter quod suffusionibus non utimur.

si quod iumentum iocur doluerit, signa habebit talia. febricitabit, cibaria non conficiet, testiculus dexter ei tumebit et durus erit. sic eum curato. fenugraeci ciatis III et in olla addes *aquae fontanae* sextarios III et coques ad tertiam partem et ex eo potionem dato. sanum fiet.

417 LV Si quod iumentum iocur aliqua doluerit, non poterit sanum esse. difficilis enim cur*a* est. si tamen ei cura adhibita fuerit, turis ℈ ·I· conteris bene et addes vini quod satis, et inde totum corpus perfricato. bene operito iumentum cooperimentis, ut insudet. si sudabit, intelligis eum posse parastaticari.

418 LVI De ventris inflatione. si quod iumentum ventris inflationem vel dolorem habuerit, signa erunt haec. sudant ei et latera et scapulae. non minus ipse venter tensus est, et sudantibus testibus, alternis pedibus terram batit, et subinde in alteram partem corporis se vertet et caput ad ilia sua vertet, tanquam qui ost*e*ndat doloris sui locum, et gemet, plerumque tremor totius corporis erit. curabis eum sic. iubes eum ambulare perminutatim et manum unctam in anum mittis et stercora excutito, deinde salem et mel in ipso foramine stentini inmittito,

419 *ut* *i*dem faciat. si hiems fuerit, oleo et pice liquida
129[r]a lumbos | et auriculas saturabis. potione hac ei dabis. laurum viridem aut baccas lauri, piper, cuminum Alexandrinum, petroselium, feniculi semen, argii semen et nitrium, contundis in unum et cribellabis. ex eo pastill*um*

---

1 effudit ‖ 3 vivere ‖ 4 ut ‖ 7 *Veg. V 57,2* | si *B*: sed ‖ 10 aquae fontanae *suppl. Veg.* ‖ 13 cure ‖ 16 *Veg. V 57 fin.* ‖ 18 *Veg. V 58* ‖ 23 os tondat ‖ 28 ut idem *B*: luudem *sic*; ut adsellandi augeat facultatem *Veg.* ‖ 32 pastillo

ad vitium in potione dabis, ex vino et oleo et calda pusilla potionabis. et iubes eum deambulare, donec dolor ille pauset, et sanum fiet.

LVII De stentini versatione. signa erunt haec. in- **420**
testinum, qui vocatur monenteron, quod quidam colum appellant, propter hoc quoniam nullam obligationem hoc stentinum patitur intestinis, sed volutatur singularis, propter quod strepitum reddet et in cursum et in ambulationem. signa autem adferet haec. cum ambulat, prioribus pedibus transvaricat pusillum, posteriora subporriget, ipse praegyrat, sugglutit doloribus. nam intestinorum natura non est aequalis in omnibus. aliqui enim habent intestina **421**
magna pedum XX et unum, interiora pedum XVIII, tenuiora pedum 52. et haec quidem de eo quidquid . . . cum Sarmatae eorum minores habent propter aetatem. qui hoc vitio tenentur, sic eos curabis. ambulationibus contingit eis resolvi in stentinis pariter. deinde suffundes ei per nares lazar Cyrineicum, et sic ei suffundes, ut s. s. sanum fiet.

LIBER V.

1 de coleribus siccis **422**
2 de coleribus
3 de coleribus humidis

---

4 *sq. H 132, 4* συμβαίνει δὲ τοῦτο τῷ μεγάλῳ ἐντέρῳ, ὃ λέγεται μονέντερον. τινὲς δὲ κῶλον λέγουσι διὰ τὸ μὴ ἔχειν σύνδεσμον τοῖς λοιποῖς ἐντέροις, ἀλλὰ κυλίεσθαι καθ' ἑαυτό, διὸ καὶ ἦχον ἀποτελεῖ καὶ ψόφον ἐν τῷ περιπάτῳ καὶ δρόμῳ. σημεῖα δὲ φέρει τάδε. περιπατῶν τοῖς ἐμπροσθίοις διαβαίνει μικρὰ καὶ τὰ ὀπίσθια προσφέρει αὐτοῖς καὶ συγκάμπτει ἑαυτὸν ὀδυνώμενος. ἡ δὲ τῶν ἐντέρων φύσις οὐκ ἔστιν ἴση παρὰ πᾶσιν. οἱ μὲν γὰρ ἔχουσιν ἔντερα μεγάλα ποδῶν κβ', λεπτὰ δὲ ποδῶν ξβ', τινὲς δὲ λέγουσι ν' καὶ β', καὶ οὗτοι μὲν ἀφ' οὗ ἂν τὸν καταρτισμὸν φύγωσιν. ὁ δὲ τούτων νεώτερος ἐλάσσω καθ' ἡλικίαν. | stentinis ‖ 5 monentoron ‖ 7 stintinum | singulares ‖ 8 strepitum *scripsi*: scriptum ‖ 9 *Veg. V 59* ‖ 11 sugglutit: *confudit Chiron* κάμπτω *et* κάπτω ‖ 12 hominibus ‖ 14 hee ‖ 17 instentiniter *vel* instenti pariter *cod.* ‖ 19 *subscr.* Explicit liber 4^{tus} Incipit liber quintus

4 de disinteria
5 de coeliaco
6 de lumbricibus
7 de lumbricibus
8 de splene
9 de splene
10 de pediculoso
11 de vermibus
12 de pediculis
13 de vermibus
14 de cruditate
15 in potione si sudaverit
16 de omento vexato
17 si vexari coeperit qui s̃ s̃
129ʳb 18 ab interioribus commotus |
423 19 de colo
20 de vitiis vesicae
21 de stranguiribus
22 loteum si non faciet
23 de opistotono
24 de morbo subrenali
25 de vitio quo s̃ s̃
26 musculi vexati
27 si sanguinem adsellatur
28 lumborum tremor
29 de disinteria
30 de extale
31 de renum dolore
32 de renum vulsione
33 de musculi renum
34 defectio pectinis
35 *de* testiculorum dolore
36 si dolebit qui s̃ s̃
37 si dolebit qui s̃ s̃
38 de opistotono

14 quis: *alterum* s̃ *addidi* ‖ 22 *alterum* s̃ *addidi* ‖ 31 deiectio *infra p. 158, 27* ‖ 32 de *addidi*

39 de sirmatico 424
40 de vulneribus in ventre natis
41 de impetigine
42 de fascinatione
43 de cordis dolore
44 *si* potionatus tremet
45 pulveris vexatio
46 de serpentibus
47 de mure caeco
48 de colubra
49 de ar*a*nei puncto
50 si comederunt qui s̃ s̃
51 de vipera
52 de falangione
53 de vipera
54 de mure pr*ae*gnante
55 de cane rabioso
56 de scorpione
57 de morsu omnium.

I De colera sicca. si quod iumentum colera sicca 425
passum fuerit, signa erunt haec. exfervescit toto corpore, maxime venter eorum, refugit recumbere, li*v*et, et cum adsellatur, stercus vix *d*epellet. exarescunt in eo stercora | 129ᵛ a
fervoris beneficio, et adsiccatur in eis omnis humor. propter quod et si a dolore adduntur, quibus et . . . . .

II Si quod iumentum coleribus *humidis* praeoccu- 426

---

1 sirmatico || 7 si *addidi* || 11 arenei || 12 quis: *alterum* s̃ *addidi* || 16 pringnante || 20 *H 200* || 21 *θερμὸς ὅλος γίνεται τῷ σώματι, μάλιστα δὲ τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἀφοδεύων μετὰ βίας ἐκκρίνει, διὸ καὶ ξηρὰ λέγεται, καὶ διαφεύγει τὸ κατακεῖσθαι* || 22 libet || 23 repellet || 25 *sq. post* et *quattuor fere codicis lineae vacuae; in marg.* deficit quia caducum erat || 26 humidis *addidi* | *H 201, 10 ὑγρᾶς δὲ ἐπιγενομένης ἐπιγνωσθήσεται διὰ τούτων. ὀφθαλμοὶ μήλινοι γίνονται καὶ στίλβοντες, ῥώθωνας διεσταλμένους ἔχει, ἱδροῖ τε τὰ ὦτα καὶ τὰς λαγόνας τό τε στόμα θερμὸν ἔχει καὶ αἱ ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλέβες ὡσαύτως μήλινοι καὶ ἐκτινάσσων ἑαυτὸν στένει.*

patum fuerit, sic cognoscis. oculi fiunt eius pallidi, splendentes, et auriculae sudant et scapulae, et os habet calidum et sub lingua humores ei fiunt pallidi et mali, et quotiens excutiet se, suspirat. aliquando quidem a genuis subclaudicat, quae et tument eis. et cum recubuit, excutit se et suspirat. cui succurritur sic per suffusionem puscae ab aequalibus partibus aqua et aceto tanquam cotulas duabus. nos autem qui usi sumus cuminum et thumum, quae conteres, et vino et melle et oleo et aqua singulis cotulis commixta suffundes per os. et sanguinem mittis de venis mesocinis, quae sunt circa vitales, quae latine claviculae appellantur. quidam dicunt oportere fumigare cum lavacro, ali quidem ab igne et gestatione uti et fumigatione.

427 III Si quod iumentum colera humida habuerit, sic cognoscito. in equale praesepium pectore trudet et calcitrat et corpus eius horrescit. si autem viridis fuerit, hic morbus solet fieri ex aquae mutatione aut ex hordeo novo. sive calidus de itinere venerit et frigidam biberit, hic morbus sic accedit, et in fatigationem et solutionem ventris currens aegrotat. sic curabis. advenienti de itinere dabis medium panis candidi empticii in poscam poleiatam. ante ei faciem eius plurimum fomentas et
428 terno die potionabis . . . . . in quo admisces defriti ciatos III, et oleo rosato tantundem, et ova IIII^{or} admisces. medicamenti cocliaria tria ex hoc, quod infra scrip-

---

488 XXXVIII De opistotono. opistotoni, qui a posterioribus prenduntur. si autem equus aut aliquod subiugale partes posteriores opistotono vexabitur, est quidem pars extrema, et signa sunt huius haec. quomodo canis resedet, et non sequentur posteriora eis priora, sed quasi colligata retinentur et discole trahuntur a prioribus, tensa habet posteriora. curatur autem sic. sanguinem detrahes de interioribus partibus femorum, de inguinibus et de uredira,
489 qui est canalis urinae. ubi statueris sanguinem, vino et oleo tepefacto perungeto, deinde in altero die fumentes crunes aqua calida et femora; et ubi fumentaveris, reunge vino et oleo tepefacto. crunes confricas, vapora, aut crassamina palearum aut ervi aut ordei infunde aut

---

4 facit: *corr. B* | feminei testes: *corr. B* ‖ 5 bene: venae testium *Veg.* ‖ 6 *supple* pari *vel* trien.: nitrum et alumen scissum pariter *Veg.* ‖ 8 ligui ‖ 9 cypressinis capi ‖ 10 modu ‖ 11 trito ‖ 12 cypressi folia scr̃ IIII *Veg.* ‖ 19 subiugales ‖ 20 *sq.* pars extrema: per se stremma *B* ‖ 21 *cf. supra 318* ‖ 25 iguinibus ‖ 25 uredira = *οὐρήθρα* ‖ 26 urinre ‖ 28 crunes = clunes | fumentaberis

ei murra aut crocum aut dauci semen ʒ II, apii semen ʒ III. haec teres cum vini albi cotula I et infunde per narem dextram et potu calido utere.

XXXIX Quodcunque iumentum syrmaticum fuerit, his 490
signis intelligitur. pro*d*iens de equile vel de quo loco stabit, subito coxam trahit, unde et syrmaticus dicitur. inmobilem et alienatam quasi vulsam coxam demonstrat. eius ungula transversa corona trahitur, his evenit, et citius reversatur. ita si super ipsum pedem cels*e* eum dederis, statim rediet ad se et ambulabit rectum sine ulla claudicatione. quod vitium non absimile est caducae. hoc enim inter tempus contingit luna crescente, simul quod contingit et hanc rationem. in ips*a* ver*t*ebul*i* 491
commissura et humor nascitur ex corruptione corporis et ex confricationem se in illis partibus derivat et in partes nervorum se diffundit *ex* cruditate et statim torpore nervis praestat et acinetos facit nervos. facit immobiles et abalienatas partes commissurarum humor | alienus, qui 133ʳb
cum suo loco redibit, in quo consuevit morari, satis abi*t*: rediet ad se sanitas illius loci et fiet rectus. quod sic curatur. sanguinem ei detrahes copiosum de sub- 492
gamba et in eo sanguin*e* admisces salem, adarcem, sulfur, manna thuris, feclam, nitrium, baccas lauri aequis ponderibus, tus*a* et creta, nitro et oleo mixta cum sanguine haec unctio praeparatur, et post inflationem coxae leniuntur. calda vervenarum foveto per plures dies, et ita innovato unctionem. si ex hac re sanum non fuerit, mittes eum in sudibus. et post sanitatem vulnerum ures eum in ipso ver*t*ibulo, sim*iliter* ut sciaticum. sanum fiet.

XL De vulneribus in ventre et saniem habentibus 493
aut per multum temporis tussem siccam habentibus.

---

4 *Veg. V 21* ‖ 5 procliens: *corr. Veg.* ‖ 6 *sq.* in mobilem: alienata horum vel emota coxa *Veg.* ‖ 9 celsi: cessim repellantur *Veg.* ‖ 12 *cf. supra 390* ‖ 13 ex hanc? | ipso vestebulo: *corr. Veg.* ‖ 16 et ‖ 20 abi ‖ 22 sanguinem ‖ 24 tuse ‖ 25 leniuntur = liniuntur ‖ 28 sudibus: mittis ei sudis *Veg. sic* ‖ 29 vestibulo | similiter *Veg.*: sɪt | sciaticum = *ἰσχιατικόν*

[sed] si vulnus in ventrem habuerit, intelligitur ex eo, quod capite gravat*o* sit et cervix eis gracilis fiat et saepe volutans non transferet se, nec corpus excutiet sed caput solum, et suspirat. inflantur enim, et nullam fossam potest transire in deambulationibus. sic intelligimus aut*em* siccam tussem: *c*um escat*ur*, tussit, acute et cito gemit, ambulans concidet et vix se levat. curatur autem sic. catulum excoriatum et extentinatum mittis in aceti sextaria IX. succendes, quousque duae partes remaneant.
494 deinde exossabis, adde murram ℈ I. .... haec conteres, admisce suco illi, et iterum coque cum catulo, quousque tertia pars iuris remaneat et duo sextaria remaneant. hoc infunde per os tepidum. s*i* levi purgatione uti volueris, dimidio uteris, si plenissima, totum simul. sed si infirmum fuerit iumentum, aqua pro aceto utere, mittens tantundem thuris, murrae ℈ II, conteres in se, collue aceti sextaria II, tertium aquae sextarium. deinde divides in tres partes, infundes per triduo, abstines a cibo usque ad vesperum. ad medium diem da bibere aquam cum farina ordeacea et ad vesperum da herbam, quantum
495 voluerit. sit autem locum, ubi stat, calidum. infunde autem scillam, bulbum album involves luto, assa diligenter, adubi coria laxaverint. detra*h*e ea et auferre medium et contere cum vino dulce et adfunde ad ciatum per nares, adubi reiecerit saniem. coques in aquam coloefium porcinum, et madefiet cum iure, ei infundes per os ciatu*m*. si plurimo tempore impediatur, da sic. fabae
133ᵛa sextaria II | vino infundes. sed si volueris, infunde ei sic.
496 da cottidie aestate et autumno. *hi*eme autem et *ver*no ervum simul infundes, da et contundes, in aqua eis ordeum dabis. ervo autem utere, herbam viridem vel siccam aut fenum molle adspargens passo adpone. ordeum autem infundens in seminis lini cocti aqua dabis. et

---

2 gravatos ‖ 6 aut | eum | esca tritus: *corr. B* ‖ 8 exenteratum (exteneratum *trad.*) *supra p. 61, 7* ‖ 13 sic ‖ 16 colue ‖ 17 aquae *in marg. add.* ‖ 23 detrae ‖ 27 ciatus ‖ 29 Seme | neruo

deinde ex eodem suco potionabis et cicer infundes. si quid aliud, quod competit, da.

XLI Cura inpendiginis. inpendiginum pumice cum aceto confricas et perunges sale et butiro aut oleum misces *et* statues in loco molli.

XLII De fasc*inati*one et *si volueris* praeoccupare, ne mor- **497**
bus accedat. fascinato autem infunde per nares *bitumen*, sulfur, *fructum* lauri, resolventes aqua, et circumferentes iuxta illum coriandrum et taedam et sulfur eisdem et fumigantes. simul observandum et circa alia quadrupedia incipientes infirmitates omnium rotundae ungulae aut *b*obis, *si* coeperint infirmari. aut in potu mittes scillam et ramni radices. est autem ramnus populus. et sale mitte in potu cottidiano die, quousque sanus fiat. et si volueris praeoccupare desperatam valitudinem, *ut* nihil eorum animalia patiuntur, verno incipiente da sup*ra*scripta in potu, ut nonnullo tempore des differendo. da autem per dies IX, et nunquam decipieris hoc faciens.

XLIII De cordis dolore. si a corde aliquod vexatum **498**
fuerit aut rotundae ungulae aut bo*v*um, signa habebit haec. suspirat spissum et oculus dexter ei lacrimatur et a cibo resi*l*it, quidam et contrahuntur et consident in genua. totum autem corpus dolet et maxime caput contrahit, illi autem evadere non possunt. curantur autem sic. sanguinem detrahi*s* e*x* cervicem et perunge*s* eum vino et oleo et infundi ei cineci semen ad dimidium acetabulum et anisi tantundem. haec teres et cernes, **499**
adice vini albi emina et commiscis, infunde per narem sinistram. tertio autem die detrahes sanguinem de genibus et perunges simul. infunde ei accipiens comini ad

---

3 de impetigine *index supra p. 131, 3* ‖ 5 miscentes ‖ 6 *Veg. V 73* | fascione: *corr. index supra p. 131, 4* | si volueris *supplevi ex l. 14* ‖ 7 bitumen *Veg.*: vitium ‖ 8 fungum: *corr. B*; cum granis lauri *Veg.* ‖ 10 similiter? ‖ 11 *Veg. V 74* | vobis | si *addidi* ‖ 15 et ‖ 16 superscripta ‖ 17 per XIV dies continuos *Veg.* ‖ 19 *cf. H 100, 11* (*Eumeli*) ‖ 20 bonum ‖ 22 residit: *corr. B* ‖ 25 detrahit et | perunget

magnitudinem fabae levigans et mellis acetabula II et nitrium. haec omnia commiscens infunde aquae sextaria II et aceti ℏ I [haec omnia commiscens] infunde per os ad sextarium. deinde [inde] ipsum accipies et operies totum,
133ᵛb fac deambulare, infunde autem medicamentum. in tertium |
500 diem subduces ordeum. utere autem aut herba aut fenum aut accipiens piper et levigans cum vino et oleo infunde per os aut per narem aut semen querci simul aut scill*a* levigata si*mul* aut thus aut murram aut tumum aut aliquod aliud, quod calefacere possit. dare autem et ordeum et fenum siccum debes. defricatione de vino et oleo utere hieme, aestate aceto et oleum, et *p*ectus *et* ili*a* perfricare. sit autem, ubi stat, mundum.

501 XLIV Quodcunque iumentum potionatum fuerit. quodcunque *aquae* potione sive ex vino magis temperata et potionatum contremuerit, ita ut musculi omnes in eo saliant, scito eum ab epifora cruditatis *vi*tio datum ab indigestione. ex qua re percussus stomacus per potum toto corpori spa*s*mum praestat, ex qua re contremescunt. hoc quidem fieri solet et a potu, si calidus nimis ab equalem vel a sole biberit frigidam. simul fit tremidus totius
502 corporis ab spasmo stomaci ex ratione s. s. quod signum demonstrat imminentem aliquam corporis imbecillitatem ex sanguinis plectoria. qui et sibi quidem post unam horam sani fiunt. quibus tamen oportet sanguinem de palato detrahere, ut re*leve*tur corpus propter imminentem causa*m* s. s. alii quidem, quibus evenit, dum potiona*n*tur, ut tussiant et eis sudor post p*o*tionem superveniat et tremor omniorum musculorum et follic*a*tio gravis superveniat et submisso capite sustinere se non possunt. his evenit hoc, si quando potio resalierit eis in spiritalis pulmonis,
503 unde fit et periculum non modicum. quare observandum erit, tussienti iumento pendenti ne potionem adicies. qui-

---

8 scylle ‖ 9 srt: similiter? ‖ 12 rectus: *corr. M* | ex illa ‖ 15 aquae *add. B* ‖ 17 vitio *B*: mution *sic* ‖ 19 corporis paumum ‖ 20 equalem = equili ‖ 26 reveletur ‖ 27 *Veg. V 75* | causa | potionatur ‖ 28 positionem ‖ 29 follicio

bus hoc evenerit, subvenis sic. aqua tepida et oleo potionabis eum saepius et puleiata posca nares fovebis. sanum facies. observandum erit, ut quodcunque iumentum potionabitur, deduci ei et de herbaria debebit, ut tempori herbam finiat et digestus ad potionem veniat nec vi indigestionis epifora spasmum praestat.

XLV De curricularibus equis [quis] et de pulveris vexatione omnibus subiugalibus. his qui in curribus iungunt, non eadem est cura, quae est singularibus, quomodo nec his, qui subiugalia sunt, non enim idem est labor. potiona ergo sanos equos medicamento bis in anno ad bonos spiritus. animadverte enim spissitudinem spiritus et sudoris et subiugalium equorum | necessitatem. qui in curribus sunt, nares ducunt in pulverem, quando est et sudor magnus, deinde et pulmo et arteria implentur pulvere, et deinde sicca concidet. et sic stranguiriae et lapides et strophi et gravidines et aliae multaeque de his eis contingunt. etiam pulvere venarum conclusio fiet, unde debent purgari equorum arteria, ut tussiendo possit expellere pulvere. et si qua collecta sunt nare, hoc medicamento....alia potio...equum in fine, ad nullo in tempore, quo incipis velle currus movere et in fine, ubi ieiunaverint, et intermittes promovere, deinde consuetudinem. et alia cetera subiugalia simul curas et medicamentum conficies sic. si ut puta fuerint equi centum, accipe cedri fructum modicum et murra libram et vini sextaria X, haec contundes et liques et utere. sed si in breviorem numerum equorum uti volueris, ad rationem compositionis utere medicamento. 504 134r a 505

XLVI De serpentium et bestiorum morsibus. bubrestu si ediderit in feno vel pabulo, sic enim intelligitur. inflatur statim et venter et a cibo resilit et stercoram 506

---

4 erbaria ‖ 5 erbum | nec ei? ‖ 13 sb'e *sic* ‖ 14 cruribus ‖ 17 scrophi | grabidines | quod e ‖ 18 pulverem venerarum ‖ 19 aut ‖ 21 ad = at ‖ 23 *sq.* consuetudine ‖ 28 breviorum ‖ 30 *Veg. V 77* | buprestem *Veg.* ‖ 32 a cibo *Veg.* (*cf. p. 163, 22; 169, 5*): ab orbo; *minus placet* a corbe *vel* ab herba

adsidue et minutatum reddit. adiutorium adhibere oportet et in continentia ad cursum producere, et extendentis sic caput et nares scalpellabis flebotomo, adaperire, ut sanguinem defluentem transglutiat. et deinde excitare ad deambulandum et infundere ei purrum et triticeum cum passu, aut si hoc defuerit, uvam passam conterere solventes in vino et sic infundere tepefactum.

507 XLVII Si mus caecus momorderit equo, labium statim ei intumescunt totum et nares. cui aceto et oleum deinde cocto hoc perunge, et postea cauteriza morsum et tumentia loca ex aptis articulis aut nerviosis locis. cura vulnera, sicut praedictum est, et cataplasma facies aut ordiacia farina *aut* triticea cum vino et oleo, quousque ustio, et postea fumenta aqua calida, deinde vinum, et alumen scissum levigato ex adipe suillo. his omnibus commixtis et commolatis cataplasmas, quousque sanum fiet. et quaerere debes eundem migalem comburere
508 et fumigare ei et locum ipsum inurere. alii sic curant. morbida in aqua reponitur, *ubi* rota transivit, acetum acre
134r b infundentes. auferent lutum | de eadem orbita et ante pungentes aco aut grafiolo loca, quae *in* causis sunt, perungunt. sed loca et scarificant et cucurbitam imponunt et sanguinem detrahant, ante praefricantes aceto, deinde luto perungentes locum, quod de orbita cum aceto col-
509 lectum accipitur. sed si mortuus fuerit *et* statim intellectum fuerit, loteo terram de orbita conspargentes perunguent aut ipsum terentes infundunt. alii, antequam perungant, [alii] et taeda aut cornu aut galbano loca fumigant, deinde sic perungunt. si aliquod ex quadrupedibus a mure caeco morsum fuerit, ipsum migalem

---

1 minutarum: minutatim *Veg.* ‖ 4 defluente | transluceat: *corr. Veg.* ‖ 5 purrum = porrum ‖ 8 *cf. H 220 sq.; Veg. V 76; Pelag. 279 sq.* ‖ 10 *sq.* tumentia *B*: cum etiam ‖ 12 *sq.* foces autorcliacia ‖ 13 aut *supplevi* ‖ 15 et ‖ 17 migalem = *μυγαλῆν* ‖ 19 reponite | ubi *supplevi* | transibit ‖ 21 quam | *sq.* perpungunt: *corr. B* ‖ 25 et *addidi* ‖ 26 *sq.* per unguenta ut: *corr. B* ‖ 29 et

discoria, sed interiora eius tollis, tere illo diligenter, ut tanquam medulla fiat, deinde in aqua commisces, adicies [in] a*cet*um et infundes ei per nares. valde enim hoc medicamentum naturaliter facit.

XLVIII Si iumentum quodcunque colubra percusserit, **510** qui alligari poterit carnem quemcunque recentem calidam praeter porcinam imponito in eum locum, et saepius si †voluerit eius iumentum est succurrere voluerit. occidito praeter porcum quemcunque voles pecudem et sanguinem calido carnem alligato et potionem dato acori Pontici ℔ ℈ contusum ex vino veteri amplius sextarium et salem. et s*i* eum locum percusserit, qui alligari non poterit, scarificato circa vaste et sanguis copiosus exeat a proxima vena eis long*e*, sanguine cum sale et aceto mixto fricato. et potionem eam dato, si tumor perseve- **511** rabit. vitem albam silv*est*rem copiosam comburito et lixivam facito et potionem, id est sextarium, in die dato. et ex eadem lixivam et aceto aequis partibus macerato, et imponito et aqua frigida foveto. si nihil proficerit, urito. quis locus erit usta, curato. in ungulis quaecunque incecider*i*t, aequali ratione coronae bublae manipulum bene tusum in aceto et oleo coquito et omnem locum ungito. postea eum locum et cetera secus urito et farinam ordeaceam ex vino et oleo coctam in cicatricem imponito.

IL Si iumentum araneum pepu*g*erit, araneum in luto **512** coquito, supra fumum suspendito, locum qui tumebit ex eo tangito et faece madida inducito.

L Si iumentum araneum comederit in pabulo, signa haec erunt. huic tumor in toto corpore erit, plurimus circum auriculas et oculos et nares et femin*a*. eum sic

---

1 descoria ‖ 3 arnum ‖ 5 *cf. Veg. V 78, 3* ‖ 6 quia ligari ‖ 8 volneri eius tumenti succurrere volueris *vel* sic volnera eius tument. si succurrere volueris *B* ‖ 12 sic ‖ 14 longi ‖ 16 silv̄rem ‖ 26 pepuierit | lotio? ‖ 29 *Veg. V 79* ‖ 31 femineum

134ᵛa curato. sanguinem | . . . salis eminam, haec unam cum sanguine misceto et perungito et operito eum. sanum fiet.

513 LI Si quod iumentum vipera percusserit, signa erunt haec. tumores eius erunt in totum corpus et ex eo loco exibit aqua. sic eum curato. scarificato totum locum et sale et aceto et oleo perungito eum locum. si tumores ampliores remanserint, cretam Cimolea madefacito [et] ex aceto acro et tumorem oblinito. potionem dato. radicem cartami albi contundito, ex vino et oleo potionem dato, et ex pastillis qui supra scripti sunt, ei dato. sanum fiet.

514 LII Falangus si momorderit iumentum, sic cognosces. prae dolore extant *ei* veretra et simulat se posse micturire.

LIII Vipera si momorderit iumentum, ex morsu eis pus solet exire. nam si praegnans erit, rumpitur totum corpus.

LIV Mus [si] praegnans si momorderit iumentum, sic cognoscis. pustulae exeunt per totum corpus. sic curabis, sicut supra scriptum est.

515 LV Canis rabiosus si quod iumentum momorderit, et ipse, qui morsus est, sive homo sive iumentum facile rabiabit. sic eum curato. eum locum cauteriis urito et loco tenebroso eum habeto et sic eum adaquabis in tenebris, ne aquam videat, et iecur eius canis coctum escam dato, *et* feni flos commures cum *vetere* axungia et ad morsum ponis. sanum fiet.

516 LVI Si scorpio aliquod iumentum percusserit, sic intelligitur. nascitur ei genuorum contractionem et claudicationem et non manducat et fluent ei de naribus pituitae virides et accumbit et vix idem resurgit. simi-

---

1 de palato sanguinem tolles eumque exceptum cum sextario aceti et hemina salis miscebis *Veg.* ‖ 10 cartami = *καρδάμου* ‖ 13 *Veg. V 80* | cognoscet ‖ 14 et | micturre ‖ 16 *Veg. V 78* | plus: *corr. Veg.* ‖ 18 *Veg. V 81, 3 fin.* ‖ 21 *Veg. V 83* ‖ 26 nefreni flos commurescunt aut exungia: *corr. Veg.* ‖ 27 ponit ‖ 28 *Veg. V 82* ‖ 31 *sq.* simul et

liter his curatur, quomodo supra scriptum est, et viperae morsus.

LVII Omnis quadrupedis ab scorpio percussi aut mure **517**
caeco aut a colabra aut a vipera aut similiorum hoc habebis signum. a cibo resilit, pedes trahit et quando producitur, succubat ad singulos ingressus, fit fluxus sanie, per nares profluunt, gravedo capitis ad terram, marcor fit corporis, vires deficiunt ad concitandum. cura autem sic fit. adaperi venas omnes, quae inpetum ostendunt, et lavacris calidis et operturis et deambulatione utere et ad cibum mitte, farinae ordiaciae ad|misces et fumiga locum cum 134^{v} b
ovis et oleo miscens aut cornu cervino aut galbano. tertia die inani per clistere ante ei eiciens, quae sunt ano stercora. sed si haec non laxaverit, inure, quae in **518**
causis sunt et inter scapulas et commissuras articulorum, quae sunt in lumbis. sed nunquam inuras articulum aut aliquem locum in quacumque passione nec in nerviosis locis, sed aut supra pusillum aut infra. infunde autem ab initio ex ea die aut ex ea hora, qua passus fuerit. haec accipies. mellis Attici acetabulum et tere diligenter et commisces vino, calefactum imponis stercus suillum. alii: et melantio admiscis vino, calefactum **519**
inponis stercus. alii: † bibo commiscentes plasmentum. alii autem loteo cataplasmant aut suprascriptis et de singulis sibi quisque cataplasmant, simul adsidue hoc facientes. sed antequam cataplasment, tunc utuntur suprascriptis fumigationibus [utuntur]. hoc autem facit et ad omnes enim, ut persuadet. tunc deinde ieiunus

---

3 *Veg. V 76* ‖ 4 colabra = colubra ‖ 5 habebit ‖ 6 fluxu sanguine: defluit sanies *Veg.* ‖ 7 gravedo nascitur capitis, ita ut deiciatur ad terram *Veg.* | mergor ‖ 8 ſtandum *sic*: ad surgendum vel incedendum *Veg.* | sic *add. B* ‖ 9 in potum ‖ 10 a ‖ 11 succensis testis ovorum *Veg.* ‖ 16 asticulum ‖ 17 aut *add. Veg.* | qua: *corr. Veg.* ‖ 19 aut ‖ 20 atticum ‖ 22 melancio: = *μελάνθιον* ‖ 23 vino commiscent et cataplasment eum? ‖ 24 cataplasmant aut *B*: cataplasmam ‖ 28 enim ut persuadet: venas ut pervadat *B*

bibere debeat. a*d* tumore*m* cataplasmata *ut* suprascriptum utere.

LIBER VI.

520 1 si equo caput turgebit
2 caput a plectora si obturserit
3 cerebrum percussum
4 si aures doluerint
5 auriculae dolor
6 de oculis
7 *de* oculis claucomaticis
8 si recens fuerit quae s. s.
9 de claucoma
10 de oculo percusso
11 de recenti claucoma
12 de plumbo in oculo
13 de lippitudine
14 in oculo vulnus
15 de li*n*gua incisa
16 de dentium dolore
17 de mento fracto
18 corrupta cartilago
521 19 arteria si ruperit
20 de strumis
21 de sanguinis per nares cursu
22 de polippo *in* naribus
23 eruptio [in] faucium
24 de glandulis
135[r]a 25 de glandulis |
26 de glandulis
27 de parotidis
28 de *t*olibus
29 de tussi

---

1 a tumore | ut *B*: in ‖ 2 *subscr.* Explicit liber quintus Incipit liber sextus ‖ 10 de *addidi* ‖ 12 *et* 14 clauconia ‖ 18 ligua ‖ 25 in *addidi* ‖ 31 colibus: *corr. infra 557*

30 *de tussi*
31 de sidoraticio
32 de sidoraticio
33 de vena matrice
34 *de* cervice si ei exierit
35 de malandria
36 *de* cervicis *di*stillatione
37 de scapulis
38 de pala
39 de pantice.

Veterina bestia, nunc omnia subiugalia in opera labo- 522
rantia, repentino casu ex praemixtis passionibus accidentibus vexari solent. aliae vero causae per longum tempus se in cura demonstrant absque his valitudinibus, quae in quinto libro plenissime demonstrata sunt. quidquid ita a summo capite corporibus accedere potest, in hoc sexto libro omnia demonstro, ne quid minus aliquid in ceteris libris subiectum sit.

I Si equo caput turgebit simul et li*n*gua et palatum 523
et labia, et si totus obduraverit, quantum morbus crescit, eo magis caput turgescit. et si neglexeris eum, cancerare solet. sic primo quoque die curare oportet, nam in maximum periculum incident. lapides molares plures candefacito. ubi bene calebunt, caput operito et vas plenum loteo adponito, unum lapidem candentem mittito, ita facito ex his omnibus omnes de loteo vapores ut equo in os eant. cum per singulos lapides demiseris, 524
postea aquam marinam calefacito et eodem aceto misceto et caput eis bene foveto, postea sumito coronam bubalam manipulum et eo addito acetum acrum sextarium I, unam fervere facito et ei caput ungito et os intrinsecus li*n*guam

---

1 *supplevi* ‖ 5 *et* 7 de *addidi* ‖ 7 stillatione: *corr. infra 570* ‖ 11 nunc — laborantia *glossema putat B* ‖ 19 *Veg. III 28, 5* | ligua ‖ 27 per vices singulos *Veg.* ‖ 29 fimum bubalum *Veg.* ‖ 30 unam = una *saepius* ‖ 31 liguam

et labra bene fricato, postea farinam ordeaceam in aquam addito et dato, bibat. huic et tumores . . . aquae et farinam ordeaceam unam dato ei. sanum fiet.

525 II Si cui iumento caput plectora *obtu*rserit, sic intelliges. oculi sanguinei erunt et venae tensae erunt, *h*alitus praeobturatur. sic eum curato. sanguinem de temporibus emittito. si tumorem non patietur, sanguinem emittito de palato. et totum caput cretam Cimoleam 135r b duabus | partibus et tertiam caninae nigrae ex vino austero temperato, calida imponito. sic perduces ad sanitatem.

526 III Si cerebrum percussum habuerit, sic intelliges. spasmabitur iumentum, ad herbariam non accedit, totus in priori parte *tensus* erit. si sine vulnere erit, totam curationem haec est. de temporibus copiosum sanguinem emittito, spongia*m* Afram et oleo et aceto aequis partibus mixtam imponito et cibaria mollia dato. si non accipiet, ei per cornum dato polline triticiam ex aqua mulsa quantum opus fuerit, et fabam molitam minutam misceto. si aliquod viridioris [viridiorem] appetierit, grame*n* aqua salsa lavato et dato. si per nares humorem crassum dabit, reli*n*quito: scito ei cerebrum profluere, relinque quamdiu. et si nares siccae in eo erunt, erit aliqua spes curationis.

527 IV Si aures doluerint ab aqua, si intraverit intus, sic curato. oleum vetus et acetum aequis partibus, nitrium quod videbitur satis esse, contundes et miscebis et vinum calidum addes et auriculas lana molli obturabis. si vulnera facta erunt, uteris lippara vel terra . . . farina cum oleo rosaceo. sic ad sanitatem perducis.

---

2 hinc et umores aquae *B* ‖ 4 *Veg. III 29; Pelag. 58* | abtruserit: *corr. index* ‖ 5 alitus: auditus *v. l. Veg.* ‖ 6 timporibus ‖ 9 candidae (= *λευκῆς*)? cretae *Veg.*; calcis *Pelag.* ‖ 12 *Veg. III 13, 8*; *Pelag. 60* ‖ 14 tensus *addidi;* in priorem partem se tendit *Pelag.* ‖ 16 spongia | Afram: aqua *Veg.* ‖ 20 gramina qua ‖ 22 reliquito: *sc.* tamquam insanabilem ‖ 23 quamdiu et: quamdiu vivet *B* ‖ 25 *Veg. III 14, 6; Pelag. 55* ‖ 29 vel triticea farina *B; cf. p. 173, 8 sq.*

V Si quod iumentum auriculam condoluerit, haec 528
signa erunt. saepe caput commovebit, parvum erit et
dentibus frendent, in sole cum aspirationem pulvis aut
arista aut cauculus incederit. si non diligenter curam
egeris, insanies sequi solet et difficile sanabitur. sic curato.
spongiam novam sumito et nitrium conterito et ab aqua
auriculam extergito diligenter, sumito melotrida et involvito
eam et lanam madidam facito et rosaceo † erita
demittito et foveto auriculam a lexiva calida et nitro.
hoc facito, donec sanum fiat.

VI De oculis. si quod iumentum claucomam aut suf- 529
fusionem humorem temptavit, sic intelligis. usum sibi
caracteres non reddat et color oculi alius erit et tensiores
oculos habebit. si lacrimaverit, taliter intelligis nullam
esse suffusionem. hi autem solent et lunatici dici.
quos magis deprehenditur esse tricesimarios. hi autem sic
intelliguntur. vitrei similitudinem in oculis habebunt et
lotei cauculum similem ostendent. hi autem humores,
qui temporibus crescunt, lunatici | esse appellantur. 135v a
haec curatio [non] est imponenda et utilissime experientia 530
curabis sic. iumentum bene abstinere ab aqua uno die et
nocte, quam deponas iumentum. palpebra utraque fibulas
salutaris in superiorem traicies, aut supercilium in in-
feriorem aut maxillam interiorem alligabis. si potueris
statim eicere aut certius iacenti in dentes, maiori peri-
culo laborabit. sic autem incipies. substrictis utrisque
palpebris digitum in superiorem partem oculi coicies et
bulbum extendes. itaque et subtilissima fibularia venas
partes oculis subicies, laxabis membrana singula, donec

---

1 *Veg. III 14, 5; Pelag. 54* ‖ 3 in sole eum auspicionem: insolitum . . suspicio ne *B* ‖ 5 sanies: *corr. Veg.* ‖ 7 melo trida: *supra* d *superscr.* t ‖ 8 *sq.* erit adimittito: tinctam *vel* contritam demittito *B*; *cf. p. 172, 29* ‖ 9 faveto ‖ 11 *cf. supra 69 sqq.; Veg. III 16 sqq.* | clauconiam | *sq.* sive fusionem ‖ 13 colore integro *supra* | alios ‖ 16 tcesimarios *sic* ‖ 20 non: nunc? ‖ 21 astinere ‖ 26 laboravit ‖ 26 utriusque ‖ 27 palpebres ‖ 28 bulbum = *βολβόν* | extendens ‖ 29 membranas in gula: *corr. B*

531 ad humorem pervenias. solet autem inter proximas tunicas esse humor grassus cum sicco, quod efficit similitudinem vitrei aut caucoli. et cum inde exiccaveris tunicas sic, dum tamen ne plus putes esse quam septem, quarum numerum sic cognoscas. *ad* quae membrana pervenies sic, senties et curabis sic. quasi percussum statim fibulas resolvis, palpebra dimittito et sanguinem de temporibus emittito et lanam mollissimam albam subactam ex oleo rosaceo et ovi albore et vino veteri aut passum *si* habueris, misceto et eam lanam madefacito, in oculum im-
532 ponito. et eo die abstineto. altero die abstineto. amuli aliquid admisceto, thuris masculi aequis partibus et vinum adicito et spongiam mollem aut penecillum super alligato et vino bono ocularem aut brucarium equestrem inponito, ne alligatura cadet. sequens deinde collirio prosequeris, quod habes in commentario. si humor post dies V non resederit, tum venas, quae in temporibus sunt et tumorem praestant, cauterio candenti praecludis. et ex eadem curatione s. s. curato. ita recentia vulnera in oculis sic curato. cicatricis crassitudine super tunicas singulas co-
533 gnosces. sin autem per omnes tunicas suffusio erit, difficiliter curatur, ut oculis speciem serves, quantum ad albedinem attinet. nunquam te moveat, quod vastior est. si aequalior fuerit, magis in summa parte erit et facilius curari poterint. et herbam aut algalliden noli contemnere. haec nascitur in hortis et cultis locis. flosculum habet oculum rotundum et valde exiguum. huius sucum melle
135^{v}b et sale aequis partibus | temperato, vetustissima oculorum vitia sanat, *aesti*vo tempore eam leges id est...aut in mense Augusto.

534 VII Si oculum clauco*mati*cum habuerit et vetus, haec addito. caliginem desupra †fuci enim bene, aquam maxime

---

2 quo deficit ‖ 5 cognoscatque: ad *suppl. B* ‖ 7 timporibus ‖ 9 si *supplevi* ‖ 16 *cf. infra 798 sqq.* ‖ 17 timporibus ‖ 18 praecludit ‖ 23 vastiores ‖ 26 *cf. supra p. 87, 6* | ortis ‖ 29 sanativo | *excidit* in mense Julio ‖ 31 clauconiticum ‖ 32 facit *vel antea* frica *suppl. B*

puram, et cornum bubalum comburito, in ipsum turulum ita addito et mellis pondo *un*ci*a*, tus masculum, stercus humanum comburito et salem a*m*moniacum, murram, piper longum, ossum sepiae, aeruginis flos, vinum vetus, crocum, rutam. haec omnia commisceto, deinde inungito, usque dum sanum fiet.

VIII Si recens fuerit clauco*m*a, crocum, salem a*m*mo- **535**
niacum, murram, ruta, aeruginis flos, mel Atticum, vini vetus et tus masculum, haec omnia misceto et inde ungito, usque dum sanum fiat.

IX Si quodcunque iumentum clauco*m*am habuerit, haec **536**
erunt signa. in ipsa pupilla quomodo vitrium habebit, et hic autem non poterit sanus esse. et si percussum fuerit aut album fuerit, se*p*iae marinae os*s*u*m* radito, crocum et murram trigonitam, salis a*m*moniaci, cocodrilli stercus. haec omnia una trito bene, ut le*v*ia sint, et sic admisceto mellis quam optimi, conterito, unam commisceto et inde inungito, ante tamen sanguinem de t*e*mporibus emittito.

X Si recens fuerit aut percussus oculus, sanguinem **537**
emittito de temporibus aut de cartilagine vel desub oculo. sanum fiet.

XI Si recens clauco*m*a in perpetuo non revolverit, **538**
intercidito. sanum facis ex eo. oculos inungebis ei.

XII Si equo plumbum in oculo natum fuerit, marmor **539**
bene tritum e*i* in oculo inflato, idem la*s*aris spicati contrita radicem cum oleo bis in die.

XIII Oculus si lippiet, aeris combusti, magma croci, **540**
crocum Siculum, olei tantundem una bene contunde et sic ungito oculum. sanum fiet.

XIV Si iumentum vulnus habuerit in oculo, sic eum **541**
componito oculo collirium et inde inungito et sumito:

---

1 *Chiron apud Veg. VI 27, 6* | turulum = torulum ‖ 2 pondo cincini ‖ 3 armoniacum ‖ 7 clauconia | armoniacum ‖ 11 clauconiam ‖ 14 *Chiron apud Veg. VI 27, 7* | serīē arineosu: *corr. Veg.* ‖ 15 armoniaci ‖ 16 trito = terito | lenia: *corr. B* ‖ 18 timporibus ‖ 23 clauconia ‖ 26 et | lassaris

cocodrilli stercus, crocum huic addito, lenem ex petiolis berbecinis medullam addito et eodem terito, levem facito. ex eo inungito cottidie, usque dum vulnus sanum fiet. inungito collirium, quod s. *s.* habes, ad album, usque dum sanum fiat.

542 XV Si iumento li*n*gua incisa fuerit, co*nsu*ito li*n*gua
136ra fibulis, deinde vino lavato. | his diebus gallam contundito minutatim, ex eo imponito, usque dum sanum fiat. et dabis ei fenum quam mollissimum concisum et pro ordeo furfurem. hoc manducet, usque dum sanum fiat.

543 XVI Si iumento loculamenta dentium aut dentes doluerint, sic intelligitur. ordeum solidum glutiet, corpus non reservabit, gingivae intumescunt, salivarum multum reddet. sic curato. cretam Cimoleam aceto acerrissimo macerato, et cal*d*u m*a*xillis inducito ne minus dies quinque. gingivas melle et mali gran*a*ti cortice contusam minutum una temperato, tertia die gingivas fricato, donec sanum fiat. hoc crede fieri, si cui capiti malignus humor in gingivas destillaverit. hoc contingit hominibus, et quidam putant dentes excrescere, *si* fieri illud solet. sed aliter intelliguntur fracti dentes et *r*ecisur*a* sanantur.

544 XVII Si iumentum *mentum* iuxta colomellos, ubi chamum sedet, eo loco fr*e*gerit ex aliqua vitia, ut dentibus et l*abr*is diu propendentibus sit et morsum cludere non potest fracturae beneficio, sic e*um* curato. in continenti calida fomentato eum, la*b*ium cum dentibus corrigito, et fasciolam quam tenerissimam aceto et oleo madefactam diligenter fasciolato. deinde ex pannis parast*at*icos made-

---

4 s. s. *B*: si ‖ 6 *Veg. III 31; cf. Pelag. 66* | ligua | cocito: *corr. Veg.* | ligua ‖ 7 his diebus: post *Veg.* ‖ 11 *Veg. III 32; Pelag. 69* ‖ 13 reservavit: macescit *Veg.* ‖ 15 callum ex illis: *corr. B*; calentem extrinsecus maxillis inducito *Veg.* ‖ 16 graniti ‖ 19 omnibus? ‖ 20 si *addidi* ‖ 21 recisurae ‖ 22 *Veg. III 33* | mentum *add. index* | iuxta columellares (*trad.* collum vel molares) vel alio oris loco os fregerit, ut morsum claudere non possit et apertis dentibus horreat propendentibus labris *Veg.* | chamum = camus ‖ 23 sed et: *corr. B* | frigerit ‖ 24 lavabis | morrum ‖ 25 enim ‖ 26 lavium ‖ 28 parasticos

factos ab interiore parte componito, et rursum iterum alia fasciola bene fasciolato, ne flecti possit. cui et cur- **545**
cubam constrictam impones utrisque dentibus, constrictionem facies, ne praebet labium inferius. *ac* simili ratione cottidie curabis. *c*um solveris ad curandum, facito *c*um *loc*um contineas man*u*, et furfurem, ordei farinam mixtam ei in *co*fino subtili offeras, et sinito manducet. quamdiu manducaverit, manus tibi a loco non discedat. cum iam edere noluerit, offerito ei aquam, bibat. cum biberit, **546**
curato si*militer*, ut s. s. est. cui et sucum tisanae dare per nares oportet, [et] si minus manducaverit. hac ratione cottidie curare eum necesse erit per dies numero XL. sanus fiet. et plures in eadem fractura a me curati sunt, et ex cura s. s. sani facti sunt. | 136^{r} b

XVIII Si iumento in naribus cartilago rupta fuerit **547**
et sanguis premi non potuerit, sic eum curato. spongiam Afram ex aceto et thuris polline mixta imponito e*i* in eum locum. etiam si vulnus factum fuerit, donec sub*p*rimat, sic curabis, quomodo praeceptum habes. etiam si sanguinem de palato emiseris et subpremere non potueris, spongiam supra scriptam imponito et caput eis sursum instringito, et aqu*a* frigid*a* renes et cerebrum, testiculos perfum*ent*ato. *si* sic etiam subpremere non potueris, acaciam nigram et thuris polline aequis partibus ex aceto tempera- bis, capite toto imponito, donec subpremas.

XIX A*r*teria si eruperit, signa haec erunt. suspirat **548**
graviter, stertet, tussit et spumam eiciet purulentam et pedibus prioribus claudicat. sic eum curabis. ervum in aqua macerato biduo et duabus noctibus, aquam mutato triduo et percurato eum bene. macerato *in* ac*e*to et molito, *mi*nutum cernito et ex eo cum melle mixto cu-

---

4 hac similis ‖ 5 eum | cum ‖ 6 colum: *corr. B* | manum: manu quae ante composueris contineto *Veg.* ‖ 7 confino ‖ 10 sil' *sic* ‖ 11 et *del. B* ‖ 15 *Veg. III 34; Pelag. 63* ‖ 17 et ‖ 18 *sq.* subrimat ‖ 22 aquam frigidam ‖ 23 perfumigato: perfundis *Veg.* | si *addidi* ‖ 26 alteria ‖ 30 in aceto *B*: facito ‖ 31 mollito | in nutum

rato per dies numero VII. sic hoc facies, donec sanum fiet. tisanae maxime cremorem dabis.

549 XX Si strumis vexari coeperit, signa haec erunt. infra auriculas intumescunt usque ad iugulum interdum, et tractus longus aurae erit et singultus, nec salivas continet, currunt pinguitudinis similes de ore. remedium hoc erit, et cum eum adures et farinam ordeaceam impones. et cum maturum erit, secari oportet sagitta [acuminis] vel scalpello crassi acuminis [sit], sic autem ne iugulum tangas. si non respondet, adure cauteriis rectis ordinibus duobus. sanum fiet.

550 XXI Si sanguis per nares fluet, quod vitium appellatur graece ciferinon. si hoc morbo vexabitur, signum erit supra modum peractum esse iumentum. curatio illius haec erit. perunge illum oleo et aceto, corpus totum coperito et da operam, ut molliter cubet. cui et ambulationem dimitte et attende cibo post hoc, deinde ruta ei ʒ cum lacte contrito infunde. [de] quod si non habueris, aristologiae ʒ I et croci conterito, ex vino dulci effundito. eidem rei ad vinum coriandri viridis sucum
136v a expremis, sed per cornum adicito in nares. |

551 XXII De polippo, qui in naribus est. si polippus in naribus erit, signa erunt haec. stranguilabitur, stertet de naribus, humidam fluent. est autem morbus periculosus. remedium est huius tale. si prope fuerit polippus, secare illum ferramento pleni acuminis. si autem intus erit, cauterium plumbeum facito quadratum et ex eo calefacere debebis polippum.

552 XXIII Si eruptionem faucium laborabit iumentum, signa erunt haec. stranguilabitur excreabitque purulentum, et quotiens volutatus fuerit, non revolvitur, nec excutiet

---

5 curae ‖ 6 piguitudines | et cum: locum *B* ‖ 8 sagittae | crasse ‖ 9 si: *corr. B* | ne *add. B* ‖ 11 *supra 335; Veg. III 37* ‖ 12 qui ferinon ‖ 15 ad opera molliter: *corr. supra* ‖ 16 dimittite | rutae manipulum *supra* ‖ 19 unum ‖ 21 *supra 343; Veg. III 38* ‖ 22 si saguinabitur: *corr. Veg.; cf. l. 29* ‖ 23 humidam = humida ‖ 28 *supra 357; Veg. V 41* | laboravit ‖ 29 excreabit *add. supra* | quae ‖ 30 *sq.* excutiet se. quod si *supra*

se, et quod recens fuerit, sanguinem excreabit. †maditer et difficiliter remittere eum debebis. saturari debet, ut infra extrahendum est cibo, et desinere et exercitationibus. thuris et opii . . ., tantundem heliotropi, quod nos intibum agrestem vocamus, ruti tantundem cum vini austeri mensuris Atticis IIII infunde per singulos dies, donec sanum fiet.

XXIV De glandulis quae fiunt in pullitia ex prima dentione. videntur enim haec vitia tunc se ostendere. ex quo contingit in pullis magis. quae cum factum est, fieri solet articularis, et recurrit morbus in capite et in tota spurcitia, et sic vitae periculum faciunt. **553**

XXV Si equus aut mulus aut alia bestia veterina glandulas habuerit inter maxillas. hic morbus necesse et difficile sanabitur. sic ex hoc sanum fiet. [et] eximito glandulas et urito eum locum, usta curato et de sale perungito. hoc facito quod *VIII dies* numero, *VIIII* die lavato nitrio et aceto. si nitrium non habueris, loteo calido lavato et oleo, et farina erveam inponito per biduum, tertia die vinum tantum utere, ex farinam erveam imponito. hac curatione curato, usque dum sanum fiat. **554**

XXVI Si glandulae fuerint, sic intelliges. tumor erit sursum ad summas fauces, hoc est inter maxillas, et salivas multas mittet, naribus stridet et sine umore erit, ut suspiriosum putes. sic curato. farinam ordeaceam et aquam mulsam et resinam austolosam temperabis aceto et aqua coques cataplasmam et unges axungiam veterinam et bene caldum inpones saepe, donec autem foras erunt. vulnera traumatico curato. ei viscum superimponito, donec sanum fiet. **555**

---

1 sed | excreavit | rariter?; cum aderit (*sc.* sanguis) *M* ‖ 2 ⟨non⟩ debet? ‖ 4 elyotropi | in typum ‖ 5 cumini: *corr. supra* ‖ 7 *cf. supra 89*; *Veg. III 25* ‖ 10 morbus *post* articularis *ponit B* ‖ 12 *Pelag. 56; cf. Veg. III 24* ‖ 14 si: set *B* ‖ 16 quod numerum VII die: *supplevi ex Veg.* ‖ 18 erveam *B ex Pel.* (farinam de ervo): et aerucam ‖ 19 unium: *corr. Pelag. et Veg.* | et aerucam ‖ 22 sursum *scripsi:* salsum ‖ 23 tumore: *corr. B, cf. supra p. 53,3* ‖ 24 *Pelag. 61* ‖ 25 austolosam = astulosam ‖ 27 aut: = vel? ‖ 28 foras erumpent *Pelag.* | trautromatico

556 XXVII Si parotides fuerint, dolores narium simili ratione curabis fomentis et potionibus glutinosis et sum-
136ᵛb mum caput cale|factionibus foveto.

557 XXVIII Si toles fuerint, manum supinam in orem coicies et temptabis genus vesicae superiori parte, sic invenies. curabis et ex axungia veteri offas facies ex melle, butiro et pice liquida. manu offas dimittes, hoc primum facies. offas ne minus ternas. deinde glutinosam dabis potionem et caput calidis unctionibus curabis et lanis cerebellare iubebis uti, usque quo in capite causa fuerit. detractio sanguinis his omnibus causis non est contraria, sic tamen, prout impetum causae cognoveris.

558 XXIX Ad tussim et si de ore salivae fluere coeperit et de naribus humor ambulat. tamaricu folia et aquae sextarium I sub divo ponito, ut ros tangat, et mane leviter defundito, postea sumito thuris boni, cimini Pontici, in vino Amineo diluito et aquam misceto, ei per quadriduo continuo da, bibat.

559 XXX Eidem rei alio genere, si valde tussit et pus per os et nares fluet. sapis suilli pondus ·ʒ· ex minuto contundito et in loteo putido indito, biduum sinito, tertio die adipem eximito et liquidum facito et oleo [eo] addito resinae terbintinae. postea thuris contundito [et in loteo indito, biduum sinito, tertio die adipem eximito et liquidum facito et oleo addito resinae terbentinae, postea thuris contundito, in loteo putido indito, biduum sinito, tertia die adipem eximito et liquidum facito] et ei addito aquam et per cornum dato bibere per dies continuos IIII.

560 XXXI Si quod iumentum frictum fuerit maxillam unam, hoc est sidoratum, sic eum curabis. sanguinem emittito de tempora. si sinistrae partes pravus factus fuerit, dextram partem emittito; si dextram, idem facito

---

1 perarotides ‖ 4 in orem *scripsi:* minorem ‖ 7 mlle *sic* ‖ 8 primum: prona *B* ‖ 10 cere ballare ‖ 12 si ‖ 14 tramaricu ‖ 19 plus ‖ 20 sapis = sebi | et ‖ 22 de eadipem | ex minuto ‖ 23 termanticae ‖ 29 *Veg. III 39, 3* | frictum: tortum *Veg.; cf. p. 181, 11.*

sinistra, sic curato. hoc medicamento facito. famactum bubalum colligito et ex aceto famactum contemperato et inducito in illa parte, unde sanguinem emisisti, sic tamen *ut* caldum inducas. sic potionem dato. herbam trixaginem, **561** ysopum silvaticum, tragoriganum, serpillum, aristologiam, magma croci. haec omnia in pila coicito et pisato et cernito cribro minuto et sic potionem dato. ex aqua mulsa et oleo in uno eminam per narem sinistram dabis. sanum fiet.

XXXII Si quod iumentum sidoratum erit, sic intel- **562** liges. labia eis per unam partem tort*a* invenies, | **137**r a simul et maxilla equi et nares tortos intelligis. vix cibaria dentibus colliget, eius cibaria umi*da* invenies. hic cum bibere volet, totum rostrum usque ad nares in aquam demergit, ideo quia labia eis evani*da* videtur esse. sic eum curabis. aceto et sale labia eis ex spartilagine fri- **563** gabis, usque eo ut sanguinent. deinde tertio die causticum crudum in illam partem labii impones, qua*e* pars sidorata videtur, sic tamen, ut ante lin*g*uam alliges, ne ab eo medicamento noceatur. cum satis medicamento usta labia videris, aqua lavabis, deinde aceto et oleo fovebis. curabis sicut vulnera. cum saniata fuerint, sanum invenies iumentum.

XXXIII De cervice sanguinem iumento cum emittere **564** volueris, a cibo et potu abstineto, [id est]...post aliquis teneat et l*o*rum stringat, quod satis erit, *ut* venam invenire possi*s*. supra laqueum deinde sinistro pollice venam deprimito, quo minus *ludat* vena, cum sagittam prae-

---

1 sinistra *addidi* | sio | famactum: fimacium? fimum *Veg.* || 3 *sq.* si tamen et: *corr. B* || 4 tritaginem || 10 *Veg. III 39, 1* || 11 tortam || 12 sit || 13 umita || 15 evanita || 16 lingua eius et labia *Veg.* | spartilagine = sparto || 18 qua || 19 si | liguam || 24 *Veg. III 40 et I 22, 3; supra 6 sq.* || 25 abstinebis et potu, aequali loco constitues. tunc lorum supra cervicem alius teneat et adstringat ad normam, ut vena facilius appareat *Veg., cf. supra* || 26 locorum | et || 27 possit || 28 ludat *suppl. Veg. et supra* | venam

miseris. duae autem venae a capite summo discendunt, conveniunt sed sub maxillam usque ad gulam. inde a geminis venis inferius infra digitis IIII mittito, ne de *gu*lam mittas et bifur*c*ium tangas et iumentum occidas.

565 tene sagittam duobus digitis, summam venam teneto. †sta quod plus ferramentum in utraque coiciens, quam quod extra digitum *e*minebit, nihilominus mediano digito · manum tibi subteneto, qu*o* minus pendeat et levior sit. vide ne valde impremas, quam opus erit, non autem plus quam mucronem. si sanguinis parum ad te fluere coeperit, dato iumento aliquid in os, quod rodat, validius fluat.

566 XXXIV Si quod iumentum cervices ab loco eiecerit aut laxaverit, *verte*b*u*la eiecerit aut extorserit, sic eum curato. deponito iumentum et constringito et cervicem eis extendito supra formam, donec omnia vertebula laxentur. et oleo utere et axungia veteris liquamentis subigito cervicem et sic ad locum reponito *v*ertebula. sed fascia tenuem amplam ex oleo et vino inponito, supra eo alligato, deinde regulis til*i*agineis ne minus digitis IIII et

567 inter regulas tantundem spatii. sed alligabis lino tartara*li*, suffundes oleo et vino ne minus diebus numero IIII *ae*state, hiberno bis in die. cum nodum fecerit, regulas

137[r]b solves | die primo *L.* deinde tunc scies, qu*o* tempore nodum faciet, et unctionibus *u*teris, donec ad sanitatem perducas. si minus, uras reticulatim. ustam sic sanabis, ut s. s. habes.

568 XXXV Si cui *m*alandria auferre volueris, sic incipies. primum cauteria candentia praeparare curabis. deinde ferramento decarnabis sic, ne nervos tangas. deinde

---

2 convenientes sub *B* ‖ 3 *sq.* des illam: ferramentum deprimes, ne in gulam mittas *Veg.* ‖ 4 bifurgium ‖ 5 *sq.* si quo — coicies *B* ‖ 6 nec plus ferri imprimas *Veg.* ‖ 7 seminebit: se eminebit? ‖ 8 quod ‖ 13 *Veg. III 41* ‖ 14 per tepla ‖ 16 supra fossam *Veg. perperam* ‖ 18 bertebula ‖ 20 tillagineis: oleagineis *Veg.* ‖ 21 *sq.* tartarabis ‖ 22 *sq.* si aestas fuerit, quater in die *Veg.* ‖ 23 state | modum *Veg. inepte* ‖ 24 primo V: *corr. Veg.; an* XXI (*cf. infra 599*)? | quod ‖ 25 veteris ‖ 28 *Veg. III 42* | alandria: *corr. Veg.*

in sequenti quascunque venulas adures, ut ei sanguinem statuere possis. cave ne nimium cauteris adures, ne nervi indignationem patiantur, ne in maius periculum iumentum incidat. deinde axungia cervicem fricabis et fascia *m*unito eum curabis. et altero quoque die cataplasmam imponere incipies, ut impetum et fervorem auferre possis. deinde ferbura ablata iam ust*a* la*v*es, *se*- **569**
misses, loteo calido fovebis, deinde aceto et oleo dilues et medicamentis certis curabis. si iam cicatricem provenire bene videris, [incipies] medicamento tali uteris, ut possit melius cludere et piligerare. capite canino *com*musto *cin*is et adipe suillum recens commixto bene. ex medicamento hoc omnem cervicem sanari et p*i*ligerare posse scies.

XXXVI Idem si cervix a pluvia distillationem passa **570**
fuerit, hoc intelligis. tumidiorem cervicem quam quod oportet videbis, et putorem canceraticium cum humorem nigro et liquido subsequenti invenies. huius scrutabis foramina, ne quid ulterius inter nervos distillatio*ne* sinus factus fuerit. raro aliqua de quam pluribus posse evadere expr*o*mitt*es*, et signa talia invenies. statim incipiet pectore stridere et per nares humorem liquidum proicere incipiet et [neque] cibum recusabit et paulatim cor*p*ore incipiet deducere. et hu*n*c ergo sic curabis.
prendes huius foramina calcabis et quaecunque foramina **571**
subtus laxare curabis. deinde marrubium et salem in uno contuso in ipso foramine calcabis et quodcunque foramen subtus laxare curabis. deinde traumatico et pannis lineis vulnera *sana*bis, sequenti etiam limpida et depurata

---

1 quascunque videris emittere sanguinem *Veg.* ‖ 5 unito: *corr. Veg.* ‖ 7 ustam | lasses: *corr. B* | *sq.* misses ‖ 11 *sq.* cum musto ‖ 12 eis: *corr. B* ‖ 13 pelligerare ‖ 15 *Veg. III 43* ‖ 19 distillatio ‖ 20 pauca hinc difficulter evadunt *Veg.* ‖ 21 expromittes *B* (*coll. p. 184, 20*): exprimito eius ‖ 24 corcore | huc ‖ 28 et si loci conditio patietur, diaeresin dabis, ut foras per plagam humor emanet. tertio quoque die calida urina lavabis, deinde traumatico *eqs. Veg.* ‖ 29 vulnerabis: sanare incipies *Veg.*; curabis *B*

curam *cefalico* curare incipies. eius compositionem sic invenies: ervi polline sextarium I, iri*n* I*ll*irica ℥ II. hoc erit cephalicum. deinde sic*ut* s. s. si iam cicatrix constricta erit, medicamento, quod s. s. est, curabis.

572 XXXVII Si cui iumentum scapulae dissolutae fuerint, sic curabis, ne quam inter nervos aut commissuras pendi-
137r a ginem habeat. si quam | pendiginem inveneris, quaqua parte plagas poss*it* accipere, aperire curabis, deinde cataplasma opponere, et foraminibus traumaticum et linteola sicca calcabis. si quid inter nervos foramen factum videris, caute curato, ne quid ulterius subicere velis aut humores aliquid la*v*are. sed magis siccis curare oportet, ne quid umoris distillationem huic iumento faciat. iam constabit, et constrictam curare oportet. et usta curabis. iam usta confirmata et sana, malagma caustici in novissimo impones.

573 XXXVIII Si quod iumentum palam eiecerit, sic curabis. calido iumento loco ... revocabis, sicut infra s. [s.] habes. sic curabis, sicut armos, tamen si recens causa fuerit, sin autem, non expromittes hoc fieri posse.

574 XXXIX Si cui iumento pa*n*tex carnibus excreverit, sic curato. huius prendito foramina et ferramento aperito. deinde incipe pulmun*cl*um secare vel sagittam eam pantice ab intus decarnare, quascunque carne plus excrevisse videris, subtiliter sic, ne venas aut nervos intus laedas.
575 iam excarnata aceto et oleo exaniabis. deinde pannos ex eodem aceto et oleo saturabis et in eodem folliculo subcalcabis et fasciam ad cervicem ligabis. alio quoque die cataplasma imponis, triduo curabis. iam ferbura ablata traumatico curare incipies, deinde medicamentis aptis usque ad sanitatem curabis. sic sanum fiet.

---

1 de falcito ‖ 2 irillinirica | thuris masculi uncias II *add. Veg.* ‖ 3 sic ‖ 5 *Veg. III 44* ‖ 8 posse ‖ 11 ne ulterius aut ferrum aut cauterium procedat neque tumorem neque putredinem laves *Veg.* ‖ 12 labare ‖ 18 *supple* conlocabis | *cf. infra 583* ‖ 21 patex ‖ 23 pulmundum ‖ 31 *subscr.* Explicit liber VI. Incipit VII^{us}.

LIBER VII.

1 de *a*rmis si doluerit 576
2 de musculis armorum
3 de armo eiecto
4 de nervis
5 de colephis
6 de fractura
7 si patellam eiecit
8 contusio genuorum
9 de fleminibus in genuis
10 de marmore in genuis
11 marmur si citaverint qui s. s.
12 de parcellides | 137ᵛ b
13 de ossilagine
14 de crure fracto
15 de mirmicibus in cruribus natis
16 de *a*rticulo fracto
17 de *a*rticulo extorto 577
18 de nervis laborantibus, si nervi laxaverint
19 de duritia *a*rticulorum
20 in articulo nervi incisi
21 de luxu articuli
22 duritia nervorum in articulis
23 de aquatilibus
24 de aquatilibus
25 de chiromatibus
26 de ozenis
27 de scabia
28 de clavo morticino
29 de corona intorta
30 si duritia in *b*asibus fuerit
31 de fistola in corona

---

2 m Armis *sic* (*i. e.* in armis), *cf. p. 187, 6* ‖ 17 asticulo ‖ 18 asticulo ‖ 19 si nervi laxaverint *in cod. novi capitis inscriptio; sed cf. infra 602* ‖ 20 asticulorum ‖ 31 vasibus ‖ 32 *deest, cf. p. 198, 17*

32 si marmor in *b*asibus fuerit
33 si tumor in corona fuerit
34 de scauro
578 35 de cretiatico
36 corona si erupit
37 item qui s. s.
38 si unguis discesserit
39 de vermicie id est chiro*nio*
40 de suffusione
41 de glodigine unguium
42 de contusione
43 de astrictione
44 de male pedatis
45 de pandatilibus
46 de ossillagine
47 de oss*i*lagine
48 de oss*i*lagine
49 de mirmicibus
579 50 de aquatilibus
51 de b*u*bonacio
52 si a*r*ticuli tument
53 si oneraverit qui s. s.
54 si duritia in vasis fuerit
55 de disciplina ustionis
56 de cretiatico
57 de suffusicio
138[r] a 58 de cretiatico |
59 de ungulis fissis
60 de pulmone
61 de costa fracta
62 a tauro percusso
63 de renum vulsione
64 de hidrocelico
65 de hydropico

---

1 vasibus ‖ 8 thyromo ‖ 16 omlagine ‖ 17 omlagine ‖ 20 babonacio ‖ 21 asticuli

66 de veretro
67 de verruca in qui s. s.
68 si castrare volueris
. . . . . .

I Si quod iumentum armora ab itinere doluerit 580
aut aridos et macros armos habuerit, sic curabis. primo
vento armos inflabis, deinde ea die armos mero et oleo
saturabis, deinde berbenis fovebis diebus numero IX. per
singulos dies post fotum unctionem hanc utebis: sulphur,
nitrium, feclam, adarcem, baccam lauri, castoreum. haec
omnia in uno tunsa et cribellata hiberno tempore ex
mero et oleo misces, aestivo tempore ex aceto et oleo.
XII die promovebis, deinde causticum in armis inpones.

II Si iumento musculi, qui in armo sunt, labora- 581
bunt, signa erunt haec. pronus ambulabit et armos
astrictos habebit, gressum non inplebit nec pascitur nisi
alternis diebus. summis his rebus simili ratione curabis
praeter ductum armum, deinde consummabis caustico. si
minime profecerint, ures reticulatim interpositis capitulis.
sic curabis. per dies IX axungia perunges, deinde lavabis 582
loteo calido, deinde frigida, deinde aceto, imponis cicatri-
cibus traumaticum, aut licium traumaticum inponis, supra
inponito ostreum commustum minutissime. si licium uteris,
mali grani corticem contusam et crebellatam superimpones
et cura, donec sanum fiat.

III Si iumentum armum eiecerit aut luxaverit, signa 583
erunt haec. totus in alteram partem incumbet et cona-
bitur primo ungulam ponere. sic curabis. si recens causa
fuerit, statim alliges eum et armum ad rotam duces aut
ad machinam, si habes. si ad rotam duces, stringes eum
medium ad columnam. si in campo, strophum fige aut
palum, alliges eum et medium vaste cinges, ne ventum
recipiat, nisi armum ducas. armum leviter sic loro alli-

---

5 *cf. Veg. III 45, 4; Pelag. 44* | marmora ‖ 6 avidos ‖ 11 tonsa | et ‖ 13 caticum | marmis ‖ 15 ambulavit ‖ 18 consumabis ‖ 22 straumaticum ‖ 23 sic: *corr. B* ‖ 29 allides ‖ 32 alides | vaste: veste *B* | ebentum: *corr. B*

138r b gabis supra genu et iosum et | infra articulis aequaliter
584 duces, donec strepitum audias vertibuli. et si hoc continebis, denique virgis teneribus caedes armum. deinde leviter fricabis armum, deinde stiptica caedes vena liciaria. et simul bene musculos excitaveris, iterum fricabis. deinde quatuor digitis ab summis umeris sagitta praerumpebis cutem et specillo longo laxabis, qua spiritum recipiat. fistulam coicies in foramine. offabis, ne iaiuno facias. videto, qua inflaveris armum vento, obturato plagam stuppam aut linteolo, deinde manu suspensa armum compungito et confricato sale et oleo. contra vertebulum armi 4or foramina semisse quoque versus haut longe regione
585 media vertebuli coicies. eidem surculos pingues decusatim quasi fusos vehementer constringes et lana eos obvolves et oleo et vino madefacies. et in machinam coicito eum, ne accumbere possit per dies numero XV. suffundes vinum et oleum, eicis deinde surculos die septimo, lino laxo lassas, ut facile alligare possis linum. haut secus die XII uteris aquis calidis, verbenaciis compositis utere. deinde cretam Cimoleam et terram commustam aequis partibus ex aceto temperabis et aliquid picis liquidae admiscebis et ter in die uteris, semel mutabis medio die.
586 cerotum supra eadem impones per dies V. componito anacollimam sic. mel sextaria tria fricabis minutatim et ovorum XX alba cum aqua minutatim adicies, et thuris polline in pondo libra et rubricae Aegiptiae pondus semis, et hoc minutatim admiscebis et omnibus in unum commixtis ex his corpus deinde, armum eam anacollima fricato. hoc et ter in die et facito ne minus

---

1 iosum = deorsum ‖ 2 *cf. Veg. V 17, 6* | strepidum ‖ 4 *cf. H 86, 4 (Hieronymi Libyci); Veg. III 45, 4* | venam stamineam *aut* ferulaceam *Plin. XVI 226 confert B* | ut ‖ 5 excitaberis ‖ 6 ad sumes iuris: *ἀπὸ δακτύλων τεσσάρων τῆς ἀκρωμίας* ‖ 7 specilio ‖ 8 ta iuno: *corr. B* (= ieiuno) ‖ 9 inflaberis ‖ 12 ut: *corr. B* ‖ 13 bertebula | surculo | pigues | decusati ‖ 14 lanam ‖ 17 eicis ‖ 18 assas: usus *B* | possit | aut ‖ 25 odorum XX libra cuma quem: *corr. B, cf. Pelag. 332* | 26 lumbricae: *corr. B* ‖ 27 ut ‖ 29 anacoli | affricato | tertio

[et] V diebus. et si aestas fuerit, nat*at*ionibus uteris, postea autem sin*crisma* aut acopum. perducis ad sanitatem, si causa recens fuerit; si minus, provida causa docebit.

IV Si iumento nervi obriguerint, haec remediare. **587**
muscum de puteo colligito † quod videbitur his die fomentat*o* aqua calida, axungia ungeto. et octavo die fomenta renovato et biduo ab alligatura intermittito, deinde malagma ficurninam | alligato et tertio quoque die 138ᵛ a solvito, usque quo ad sanitatem perveniat.

V Si quod iumentum c*o*lefium fregerit aut eicerit, **588** insanabile est, quia nullam alligaturam patiatur, nisi aut tempore aut medicina rustica sibi adhibita. haec est autem medicina rustica. . . qui proferunt illud et dicunt. . . quod si hoc aut illud faciet. . .

VI Si quod iumentum supra genu fracturam fecerit, incurabile esse [se] scito, quia hoc adligaturam continere non potest.

VII Si quod iumentum patellam eiecerit, hoc est **589** cuneolum aut spatulam, quod vocant *prio*rem, signa erunt haec. var*u*m pedem feret et interiorem ungulam praemittet. sic curabis fracturam . . .

VIII Si iumentum genua contusa habuerit, sic curato. si non apertum fuerit, spongiam Afram in *la*sare et aceto coicito et imponito ad locum et alligato. si apertum fuerit, a*r*gallicum, ibis*c*i in vino veteri coicito et contundito, tertio quoque die renovato, donec sanum fiat.

IX Si iumentum flemina in genua nat*a* fuerint, sic **590** curabis. sanguinem de brachiolis detrahes, deinde [in] spongia*m* Africana*m* et aceto et lasare madidam alligabis per dies aliquod, deinde causticum impones. si hoc

---

1 naturcionibus: mittatur in piscinam vel flumen aut mare, uti natet *Veg. III 45, 4* ‖ 2 sincerissime ‖ 3 provida cura *B* ‖ 5 mustum: *corr. B* ‖ 6 fomentata ‖ 7 fomentare novato ‖ 10 *cf. Veg. V 17, 4* | calefium ‖ 19 priorem *scripsi* (*cf. Celsus p. 360, 31; Galeni XVIII 2 p. 626*): riotem *sic; de Graeca voce in* -ώδης *exeunte primum cogitaveram* ‖ 20 varium ‖ 23 salare: *corr. M* ‖ 25 adgallicum | ibis si ‖ 27 *supra 105; Veg. III 48, 8* | nate ‖ 29 spongia affricana

effectum non habuerit, tunc sic exsecabis. deinde venam inter nervos quaeres et †ei tam leviter evocabis susu. deinde inferiorem parte sua sibi secta religabis. tum recide superiorem. sic missum facies lasar in plaga, coicies deinde lanam sucidam ex oleo et aceto et sale,
591 alligato, tertio die solves. cottidie aut*em* suffundes a rigore, tertio die cretam Cimoleam uteris, nec humor aliquis nascatur. sic*c*um exp*e*di et pos*t*ea quam plaga cluserit, si tumor esse videtur, tunc malagma uteris. et si quis dolor remanserit, tollis. haec erit compositio malagmae: galbani pondo II, storacis pondo I, amoniaci pondo II, resinae frixae pondo III, oppoponacis pondo II, thuris polline pondo II, murrae pondo II et ʂ, cerae pondo X, medullae cervinae pondo I, resinae crudae pondo I, sepi taurini pondo I.

592 X Si iumento genua *m*armora se citaverint, hanc compositionem uteris. calcem vivam et axungia vetere in vino pistat*o* et imponito per dies numero IX. cum
138ᵛ b re|mollierit, inponis malagma crudam. si haec res non proficerit, tunc e*a*m adunctionem applicabis . . .

XI Si quod iumentum in genuis marmur s*e* citaverit, hac compositione s. s. uteris . . .

593 XII Si quod iumentum parcellides submiserint, sic intelliges. iosu quam genu ab interiore parte tubiscula ex osso nata invenies. si extra parte commissurae decederint, sic curabis. depone iumentum, contra ipsa tubiscula directa plagam scalpello aperis. deinde cum aperueris, cutem ab osso extendes ab utraque parte. deinde prende*s* copidem et ipsum tuberum desuper ossum caedito ab aequalitate. oleo saturabis . . . cu*t*is reddito. ubi bene ossum cecideris, grosa subrades ad aequalitatem,

---

2 ei tam: tactam *B*; sectam? ‖ 6 aut | *sq.* a rigore = postquam alligaturam accepit *B*; a rigatore? ‖ 8 si eum expendi et posse aquam ‖ 16 genu aut armora: *corr. index 576* ‖ 18 pistata ‖ 20 eum | eum ad ustionem *vel* punctionem *B* ‖ 21 sicitaverit ‖ 23 parcellides = παραυερχίδες ‖ 24 iosu = deorsum; *cf. p. 188,1* | tubiscula = tubercula ‖ 29 prende sicopidem ‖ 30 curis

deinde aceto et oleo et sale exaniabis et pannos lineos ex eodem aceto et oleo saturabis et ipsum foramine subcalcabis. deinde tertio quoque die solves et cata- **594**
plasmam hanc impones: polline ervi . . . tantundem fenugraeci et lini semen sextaria III. omnia commixtis et crebellatis ex melle et oleo et aceto cataplasmam coques, eodem loco impones. iam ferb*u*ra mitigata traumatico cottidie curabis, sic tamen ut cottidianis diebus locum grossa radas, usque eo ut sanguis per ossum respondeat. cum *i*am concarnare coeperit, curabis medicamentis, prout vulnus permiserit. deinde malagmam crudam imponis. deinde cicatrice. confirmata locum causticabis et ambulare iubebis.

XIII Ossillago si fuerit, sic curabis. si ferro cae- **595**
dere nolueris, cauterio candenti medio tuberi puncta imponebis, prout ossilago permiserit, tamen ne plus quam puncta V aut minus quam III inpones. usta curabis deinde, ut s. s. est. tum †aues malagmam impones et curabis.

XIV Si quod iumentum crus fregerit, curabis mero **596**
et oleo, lana*s* succidas madefacias, fracturam tegebis et supra para*st*aticos impones. deinde fasciabis, sequenti regulas tiliag*in*eas supra alligabis. mero et oleo suffundes. VII quoque die solves. cal*d*a verbenacea fovebis, idem alligabis. VII diebus intermittes, sim*iliter* curabis, vicesimo quoque die connodasse invenies. deinde anacollimam imponis, quod supra *s.* est, deinde a cap*ite* perungebis, XL° quoque die caustico confirmabis. | **139ra**

XV Si cui iumento mirmices in cruribus natae fuerint, **597**
sic curabis. causticum crudum super ipsis mirmicibus imponito et supra eos *m*otaria oleo et vino [quae] saturata, et alligato, III die solvito. si mirmices, quae in cruribus natae fuerant, ceciderint, cura sicut ustionem traumatico. si hoc non proficerit, iumentum deponis et

---

7 ferbora ‖ 8 si ‖ 10 tam: *corr. B* ‖ 12 cicatricem ‖ 14 obsillago ‖ 19 *infra 623* ‖ 20 lana ‖ 21 parasticos: *cf. supra 544* ‖ 22 regula stiliagmas ‖ 23 cala ‖ 24 simul ‖ 26 s. *addidi* | acap̄ *sic*: acopon? ‖ 30 notaria ‖ 33 disponis

ea loca scalpello decarnabis, cauterio candenti adurito. curabis, sicut s. s. est. sanum fiet.

598 XVI Si iumentum articulum fregerit, conlocato et reponito commissuram suo quoque loco. si tumor non tam magnus erit, minute intelligis reposuisse. si tumor erit, recturam [erit] quaeris et eidem adligaturam adligabis, quae s. s. est. regulis autem uteris tiliagineis aut ferulis vastis. suffusionibus uteris ne minus quam ter die aqua frigida et aceto et oleo exiguo. solves primo die *VII.* curabis, ne ulla vulnera fiant ab alligatura. si erunt facta, lippara et pannis uteris mollibus.

599 solves deinde dies *VII* et renovabis et rursus uno et 20° die. si nod*us* firmus fuerit, urito in ista tamen ne infra die XLI°. in praesentia uteri*s*, si vis, eo. deinde cum ustus erit, usta curabis. praemixtis diebus IX ab ustione primo uteris a*x*ungia, deinde [uteris] usta loteo calido delavare, deinde aquam calidam, deinde aceto, impones cipressi frondem et farinam ordeaceam contusam et aceti aliquid adicies: hoc per dies XI. si hiems fuerit, tertio quoque die lavato; si aestas fuerit, in aquam frigidam ducito, inambulet. et cupressina uteris de malagma ficur-

600 nea, quod sic compones: picem pondo V, nitri pondo libr. I, sulfuris pondo libr., farinae ordeaciae pollinem sextarium I, medulla cervina pondo semis, ysopum siccum .. contundis seorsum et sic commiscebis et adicies acetum ciatum unum aut quod videbitur in linteolo i*nfuss*um, et sic imponito, donec cicatrices cludant. si caro crescunt, uteris stiptico, quemadmodum s. s. est. deinde malagmam crudam impones. ad sanitatem perduces. sic in omnibus curationibus esse faciendum scito, quae alligaturas patiantur. uteris autem uno quoque loco, ut causa postulat. novissimum causticum induces.

601 XVII Si equus articulum extorserit aut laxaverit intortum aut extortum, aut si proximum genu *in* fractura

---

7 autem uetib uteris *sic* ‖ 10 VII *B*: uti ‖ 12 VII *B*: XI ‖ 13 node | ⟨non⟩ firmus *B* ‖ 14 uteri ‖ 16 absungia ‖ 19 *malim* IX ‖ 26 istusso: *corr. B* ‖ 34 in *addidi*

est, simili ratione intelligis, | tanquam si stremmam. sic 139r b
curabis. sanguinem emittis inter articulum et coronam
desub cirro sine *scarifa*tione. deinde fasciolam mollem
alligabis †aut corpus, ex oleo et vino hoc imponito.
. . . saepius te admonebo, prout tempus anni fuerit. hoc
per dies VII imponito, deinde concalfactionem per dies V,
deinde lipparam, deinde *v*iscum, *deinde* malagmam cru-
dam. solent haec curationes ad ustionem provenire, si
saepius prenduntur. si laxaverit articulum, *s*carificato et
eodem genere curato. si eiectum fuerit, reponito in re-
gulis aut in locum recollocato.

XVIII Si equo nervi in articulis *laxaverint*, signa **602**
erunt haec. pandos articulos habebit et prope cirros
in terram poni*t*. sic curato tanquam fracturam, donec
nodum faciat. nodum autem faciet post diem XXI, uteris
lanis et suffusionibus, interdum *et* visco uteris, donec ad
ustionem perducas. die autem XLI^mo^ ures. usta sic
cures, sicut s. s. est. haec enim curatio non facilius
unctione sanatur.

XIX Si articulis iumento duritiam creaverit, sic **603**
curabis. ures reticulatim. deinde usta axungia confricabis.
lanas succid*as* supra ligabis. tertio die solvito et curato,
sicut s. *s.* est. nono quoque die malagma ficurnea impones.
incipies deinde iam ustam confirma*re*, se*xto* *d*ie narcissi-
nam malagmam inpones. *si* iam clodiginem desinuisse in-
tellexeris, caustico confirmabis. sanum fiet.

XX Si iumento nervi in articulo praecisi fuerint, **604**
sic curabis. aceto et oleo delavabis, deinde anacollimam
hoc imponis: thus masculum, bulbos, ova, algallicum. in
uno conteris et ad praecisuram nervorum impones, supra
lana alligato, uno die intermittito, deinde simul curato,

---

3 sin excarifactione ‖ 4 at (= ad) corpus? aut carpus (= carptum '*Charpie*') *B* ‖ 7 biscum | deinde *addidi* ‖ 8 pervenire *B* ‖ 9 excarificato ‖ 12 laxaverint *aut* laboraverint *add. index supra 577* ‖ 14 ponito: *latetne* hos? ‖ 16 evisco ‖ 22 succides ‖ 23 s. *addidi* ‖ 24 confirmas | se stie *sic* | narcissanam ‖ 25 si *addidi* ‖ 27 praescisi

si se nervi *con*stabilierint. sed si praecisi fuerint, ut *vert*ebulum *et* articulum laxiorem praestent, in ipsos nervos palma ustionem urito. curabis sicut s. s. est. si aliqua claudi*go* permanserit, malagma cruda imponere curabis per quod *dies* numerum IX, novissimo curata sanataqu*e* vulnera caustico confirmabis.

605 XXI Si quod *iumentum* articulum laxaverit aut marmur si ei citaverit, hac compositione uteris: rumicis pondo I, cocodrilli stercus pondo I, nasturcii pondo qua*d*ran., a*m*moniaci ℥ III, ysopi ℥ II, cerae semis libr., mellis ℥ III. haec omnia ex aceto macerato et imponito.

606 XXII Si iumentum nervorum duritiam in articulis fecerit, sic curabis. sanguinem ab articulis detrahes et nervos scarificabis, lana sucida ex oleo et aceto et sale trita madidam uteris. postea ad fomentum cataplasma adducis. farinam ordeaceam ex aceto et resina coques et
139^{v}**a** per dies aliquod cataplasmabis. deinde ma|lagma inponis. septimo quoque die renovabis. si effectus non erit, tunc cauteria uteris, prudenter tamen ne nimium aduras. ad purganda vulnera uteris ceroto vel oliva nigra contusa vel traumatico vel porro sec*t*ivo vel *adip*em recentem vel inu*la*. iam sanata vulnera causticabis.

607 XXIII Si quod iumentum aquatilia habuerit in *ar*ticulis, haec remedia erunt. feclam conspargito et salem dimidiam et lanam sucidam ex aceto colligato, tertio die solvito et calda foveto. *curato* ex melle cocta farinam ordeaciam et lini semen cont*u*ndito et fenugraeci. omnia in vaso coquito, bis in die fomentato et malagmam crudam alligato.

608 XXIV Aquatilia si fuerint in articulis, sic curabis. sinapis Alexandrini pondo ʃ, salis marini pondo ½, axungia veteris pondo 8, acetum acerrimum, haec omnia

---

1 quo stabili erint ‖ 2 cebulum | et *addidi* ‖ 4 claudico ‖ 5 quod = aliquod | dies *supplevi* ‖ 6 quae ‖ 7 iumentum *inserui* ‖ 9 quaran | *sq.* armoniacii ‖ 21 secivo vel lapidem ‖ 22 in uno ‖ 23 *supra 48* | *sq.* testiculis: *corr. supra et infra 647* ‖ 24 fedam: *in marg.* feclam ‖ 26 curato *add. supra* | cocto ‖ 27 contonditum: *corr. supra*

commiscis et in panno lineo oblinies et impones per dies aliquod. siccabuntur.

XXV Profluvia incadent in pedibus, qui appellatur **609**
ciromata, et suffragines, similiaque incadent et ozaenae.
set non una signa adferunt suffragines †sunt equae
aspretudinem et ragadia in suffraginibus se ostendent.

XXVI Ozenae autem sunt, quae videntur esse humores **610**
putridi. quae curantur sic. sanguinis emissionem facies
ab ipsis claviculis abintro aut foras et ungulas subradas
et inde habeant spiramentum exeundi idem morbus. elu-
trias usque aceto acro, et acaciam rufam inpones, ex
aceto coctum oblinis. deinde marrubium confricato cum
pice liquida, idem oblinito et inambulet in sicco. aquam
noli pati calcet. contingit enim hic morbus hieme et
aestate recedit. hoc autem qui habent, non incident in
maleos. sed hi qui castrantur, non fiunt reumatici.
prosunt enim haec supra s. vitiis. ervum molitum in vino **611**
mixtum ex melle cataplasmam facies et alligabis suffra-
gines, simul autem et de faba farina. prodest et hoc.
stercus suillum in vino subiges et cataplasmam facies et
imponis, simul et fabam coctam ex loteo. facit et hoc.
gallas contusas ei impones, ex aceto et amurca decoques,
ferventi fovebis. item affodilli radicem decoques in aquam
et inde foves. sunt autem genera huius profluvi tria, **612**
quorum et quomodo | scriptum est . . . aliud, quibus tument **139ᵛb**
ungulae et in quibus debent maxime subtus laxari, ne diu
vertantur ungulae. sunt quibus ungulae se feriant. hoc
autem fit, cum iam aetatem processit. reumatici autem
et hi sunt, quibus salivae fluunt de ore, maxime qui
veterani sunt. hinc comedunt ordeum et arida cibaria
facient lambere. diuturni permanent. quod vitium et no-

---

3 propluvia | incandenti: *corr. B* ‖ 4 chiromata *index supra 578*: *χιροσώματα*? | *sq.* similis aquae in cadente tosonaret: *corr. B* ‖ 5 et quae? ‖ 10 *sq.* elutriasusque ‖ 13 quam: *corr. B* ‖ 17 s. *supplevi* | vitis ‖ 19 sit ‖ 20 sbiges *sic* ‖ 21 sit | et | faciet hoc ‖ 22 et ‖ 24 si | proflui ‖ 25 *sq.* tument ungulae *B*: iumentum gile ‖ 27 s̄ = sunt ‖ 30 hunc | cum edunt *B* ‖ 31 labere | diurni | *sq.* non vellis

vellis contingit, sed non sic tamen multum nec frequenter.

613 XXVII Si iumentum scabia prensum fuerit, signa et curationes erunt haec. quod non opportet recentem sanari, nisi cum se tota foras sevocavit. est enim similis maleus succutaneae, ex qua ei fit scabies. cui quidem si citius succurras, difficiliter evadit. cum enim sint acra medicamenta, quae eis imponuntur, necesse habet morbus introversus abscondere et in peius se vertit. cum ergo maturum videbitur esse, tunc eum curato sic. sanguinem emittito de venis quae circa vitales sunt, et de brachiolis, similiter et de posterioribus, et oblinis flos calcis et sulfur conteres simile, tum et pice liquida et sordes de
614 balneo puerilem. melius est autem butirum. omnia in uno commisces ad crassitudinem mellis. et sic oblinito. et hoc facit: acetum acerrimum et sordes pueriles de balneo et cedriam exfervefacies, quasi solispungium, et inde caldum oblinis. quod si cedriam non habueris, picem liquidam uteris. ante tamen delavabis, loteum vetus commiscebis cum aquam calidam, et quodquod acra na-

---

1 se ‖ 3 *Veg. V 70; Pelag. 347; H 186 sq.* *ψώραν τὴν ἐν τοῖς ἵπποις γενομένην οὐ δεῖ προσφάτως θεραπεύειν, ἀλλ' ἐᾶν, ἄχρις οὗ ἕξω τραπῇ πᾶσα. ἔστι γὰρ ἀνάχυσις μάλεως τῆς ὑποδερματίτιδος. ἢν τάχιον θεραπεύων στεγνώσεις τὴν ἔξοδον. στυπτικῶν γὰρ ὄντων τῶν προσφερομένων ἀναγκαῖον ἔσω τρέπεσθαι καὶ συμβαίνει κακοποιεῖσθαι. ὅταν οὖν ἀκαμάξειν δοκῇ, τότε θεράπευε αἷμα ἀφαιρῶν ἐκ τῶν μεσοκυνίων καὶ βραχιόνων, ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ὀπισθίων, καὶ κατάχριε ἄσφαλτον τρίψας λίαν καὶ θείου μέρος καὶ πίσσης ὑγρᾶς καὶ γλοιὸν παιδικόν. ἄριστον δὲ βούτυρον μίσγειν. ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, τότε γλοιὸν ἐν ταυτῷ πάντα μίξας καὶ συντρίψας καὶ μέλιτος πάχος ποιήσας χρήσῃ. καὶ τοῦτο δὲ· ὄξος δριμύτατον καὶ γλοιὸν παιδικὸν καὶ κεδρέαν ἀναζέσας ἐν ταυτῷ, ξυλοσπόγγιον ποιήσας, θερμῶς κατάχριε. ἐὰν δε μὴ ᾖ κεδρέα, πίσσῃ χρῖε μὴ πολλῇ, προαπόσμηχε δὲ οὔρῳ παλαιῷ μίσγων ὕδωρ θερμὸν καὶ ὅσα δὲ στυπτικὰ ἁρμόζει. ἐνεργεῖ δὲ καὶ τοῦτο· θείου καὶ ἀσφάλτου ἑκάστου τὸ ἴσον τρίψας, ἔλαιον ἐπιχέας ψυχρὸν κατάχριε καὶ στηκέτω ἐν τῷ ἡλίῳ, νυκτὸς δὲ ὕπαιθρος, ἐὰν ᾖ θερεία κτλ.* ‖ 5 se vocavit ‖ 6 succutane ‖ 9 impetus evertit: *corr. B* ‖ 11 vitales: *cf. supra 426* ‖ 13 simili tumet ‖ 17 solis pungium: = *ξυλοσπόγγιον* ‖ 20 *sq.* a cranatura: *in marg.* a curvatura

tura sunt, omnia huic vitio conveniunt. facit autem *et* hoc: flos calcis et sulfuris pari [et] conteris, in quo adicies lene oleum tanquam, frigidam et oblinies, et stet in solem cottidie sub divo, *nocte autem*, si fuerit *aestas*. facit ad hoc cutis purgatio: ex nitrio et cucumeris silvatici radicem fiet.

XXVIII Clavum morticinum in suffragine si natum **615** fuerit, sic curabis. porro sectivum, salem, fermentum, herbam urciolarem, axungiae pusillum conteres in uno et alligabis in suffragine. tertio die solvito et ervum molitum triduum alligato. cum exierit, aliis medicamentis uteris. sanum fiet. et si radix remanserit, inde scies *c*artilaginem nasci. *si* fiet fistulam, facere collirium, subicies, quod s. s. habes.

XXIX Si equus coronam intorserit, quod dicitur **616** stremmam, sic intelliges. prendes duabus | manibus un- 140[r] a *gulam* et introversus *torques*. *si* senserit dolorem, [non] intorsit. hoc *e*qui quadrigari maxime et castrenses [hiis] patiuntur, reliquae veterinae maxime parcius. sic curabis. sanguine de corona emittes ab ea parte, qua maior dolor erit, et ipsam coronam scarificabis, vaste aceto et sale exaniabis. uteris lanis sucidis ex oleo et vino et ung*uem* subtus fomentabis saepissime. tertio quo- **617** que die renovabis, cottidie suffundes per dies 12. sic fomentabis, pro*u*t anni tempus fuerit. sic in reliquis curationibus memineris tempora anni custodire. si dolor nihil minuerit, qu*a*driduo temperato, hoc est abstineto. deinde lorum illi deponito et ung*uem* diligenter subradito *ae*qualiter, susum in suffraginem, corrigiam e*i* constringito,

---

1 et *addidi* ‖ 2 pariet ‖ 4 nocte autem (*quod B in* cottidie *latere putat*) *supplevi* | aestas *scripsi*: stans ‖ 8 urtiolarem ‖ 11 artilaginem | *sq.* unde scies cartilaginem nasci et fistulam facere, collirium subicies *B* ‖ 12 si *addidi* ‖ 14 *Pelag. 256* | *sq.* ungere: *corr. Pelag.* | torques si *suppl. Pelag.* ‖ 16 si vehementer dolet, certum est intortum unguem esse. id equi curules frequenter in certamine patiuntur *Pelag.* | et qui | castrense ‖ 17 maxime *del. B* ‖ 21 ungere: articulo et ungui imponitur *Pelag.* ‖ 23 pro et ‖ 25 quadriduo *B*: quod pridie ‖ 26 unge ‖ 27 et qualiter: subter molliter raditur scalpello famicali et [a] quaternarii magnitudo tollitur, aut si plus pendet, usque ad vivum ungula aperitur, sic tamen ne os tangas *Pelag.* | et

tolle subtus quaternari magnitudinem. aut si plus pen-
derit, ungulam aperire quaeres ad vivum, ne os tangas.
618 et cura levato ungula, *ne* qua paronichia remaneant, et
resolvito corrigiam, unde suffragines adstrixeras, ut san-
guinem exeat copiosum. si exiet, stercus iumenti im-
ponito et concalfacito, ne siccato. vaste si subtus cre-
verit, uteris stiptico aut traumatico, et cornum scalpello
subinde tollito, ut aequaliter unguis incipiat ascendere.
deinde malagmam crudam imponito et leviter moveri
iubes. haec curationes magno vitio sana fiunt, interdum
et ad ustionem perveniunt.

619 XXX Si quod iumento in basibus duritiae natae
fuerint, sic curabis. primo Epirum subicies gummi de
cerasi arbore ℘. ʂ, †fla ℘. ʂ, auripigmenti ℘. ʂ, misum
℘. ʂ, aeruginis ℘. ʂ, sulfur vivum ℘. ʂ. hinc colliria facis
et in umbram siccabis. ex eodem collirio subicies. quarto
die quoque solvito . . . (XXXI) si fistula ceciderit, trau-
matico sic curabis deinde, sicut vulnus permiserit. sanum fiet.

620 XXXII Si cui iumento in basibus marmor natum
fuerit, sic eum curabis. primo scarificabis bases, deinde
fumentabis et hoc malagma impones. sinapem in aceto
macerabis triduo, et ficum duplicem pro modum commisces
in pila, in una contundis et nitrium et ciminum immisces
ad quartam partem et in uno malagmam perductilem
sic facies et sic imponis. similiter hoc faciet: herbam
lepidium contusam et axungiam impones. sic ad effectum
140ʳb perduces. haec autem herba ad nervos bene utile est. |

---

1 tolle *add. Pelag.* | quaternam | ut | *sq.* senserit ‖ 2 ungulam perdere quaeris ad usum, ne hos tangat: *corr. Pelag.* ‖ 3 ne *B*: et | paro anchea: *cf. infra 633* ‖ 4 abstrixeras ‖ 5 exiet: exierit *B* ‖ 6 si caro excreverit *Pelag.* ‖ 8 unxeris in sipias descendere: ut aequaliter crescat *Pelag.* ‖ 10 haec curationes = his curationibus | sane ‖ 11 adusti pervemunt *sic*, per *in marg. add.*: novissima autem medela est inurere, si necesse fuerit *Pelag.* ‖ 13 Epirum: collirium *B* ‖ 14 cerasia | fecla? | misum = μίσυ ‖ 17 *ex indice p. 185, 32 apparet unum capitulum hic excidisse; numeros quattuor capitulorum insequentium propterea mutavi, cf. ad p. 200, 19* ‖ 21 sinap̄: *sic* ‖ 26 lepidam

XXXIII Si cui iumento in pede priore in ipsa corona 621
tumorem magnum et durum et quam valde claudicantem
inveneris. scire autem debes per se hoc contigisse. hoc
plerumque eis contingit in prioribus pedibus. nam mar-
mor et durities, quae videntur esse, curantur sic. conuzam
fricabis et conteres et cataplasmabis, aut cinerem vitigi-
neum cum aceto aut hederae folia similiter conteris et
cataplasmabis. faciunt autem ad hoc vitium et haec com-
positiones. salem et . . . conteres, usque donec sit spissum, 622
. . . deinde ipsum locum, qui tumet. sic in illum linteo-
lum induces. ante tamen curabis die aqua calida fovere.
maxime autem hoc equis in gregibus contingit. fit enim
durities magna et pes tumidus valde, si negligas. ambu-
lare non poterit sed nec de alios . . . quotiens enim stat
et proicit se, surgere non potest. non durant, periculum
vitae faciunt. et hi equi possunt tamen, hi qui curabuntur,
si salem cum melle aut picem cum sale mixta imponis.

XXXIV Si quod iumentum in pedem priorem scaurum 623
factum fuerit, sic curabis. depones iumentum, deinde
ipsum pedem, ad gressus ungulam componis, deinde
religatum pedem loro in recto duo tenent. super arti-
culum cutem aperiebis et de tribus nervis super alterum
intro haerentibus unum medianum ferramento praecidis,
sic ne alteros nervos laedas. cum ungulam correctam
videris, aceto et oleo delavabis, mutaria eodem loco satu-
rata aceto subcalcabis, deinde lanas sucidas satiatas im-
pones et fasciabis diligenter. super fascias regulas tiliagi- 624
neas imponere curabis. solvito iumentum. noli pati eum
ipso pede incumbere. tertio quoque die solvito et fumen-
tato aceto et oleo. ita curabis, sicut superius demon-
stravi. deinde die intermisso solvito, traumatico curabis

---

4 contegisse ‖ 5 commuzam: = *κόννζαν* ‖ 6 *sq.* vitiligi-
nis ‖ 7 here ‖ 9 ⟨mel aut picem⟩? *cf. l. 17* ‖ 11 die : de *B* ‖
12 quis ‖ 13 duricie magne ‖ 14 ⟨pedes⟩? ‖ 16 hic qui: *corr. B* ‖
17 si *add. B* ‖ 20 ad gressus *B*: aut cressus; ad pressum
supra 24 ‖ 23 ferramentum ‖ 24 nec ‖ 25 mutari: = motarium ‖
30 superius: *cf. 596*

et reliquis diebus curare incipies sicut nervos praecisos. scias tamen, quia usque in diem novissimum sanitatis regulis alligare debebis. cum sanum fuerit et laxiorem articulum fecerit, curabis nervos paulatim urere deretro. ustionem curabis, sicut superius demonstravi. sanum fiet.

625 XXXV Si quod iumentum cretiaverit, sic cognoscis. ambulare non potuerit nec facile stare in posterioribus, subcumbet *in* priora crura et tremans *et* vapulans in itinere sequi non potest. cum *calfeceris*, videtur tibi rectius ambulare. sic eum curabis. sanguinem adhibes clavi-
140v a culis. | ab utrisque pedibus per quatuor mittere curabis. at ubi de venis sanguinis satis cucurrerit, *eum* idem super plagas imponere curabis et pedes fasciolis per dies IIII
626 vinculabis. si aestas fuerit, frigida crura fovebis. si hibernus fuerit, calida fovere curabimus, et mero et oleo crura per quatuor saturabis. potionem hanc dabis: thus masculum, caprofici folia, piper. hoc ex posca tritum bene eum potionabis. ordeum ne dederis.

627 XXXVI Coronae si eruptiones fecerint, scito subtus collectionem factam in ungulam esse. ita tu sic curare debebis. subtus ungulas laxabis, deinde ex vino fumentabis, et fumenta postea et mutaria ex aceto et oleo [et] eo loco alligabis, postremo argallicum pro malagma imponebis. sanum fiet.

628 XXXVII Si cui iumento a contusione eruptio nata fuerit, qui multo tempore sanari non potest, sic curato. a corona et ungula contra oclamen fenestellum facies, si qua cartilago aut os laxet. cum limpidum oclamen fuerit, sincrisma curabis. sanum fiet.

---

1 praecisus ‖ 2 qua: *corr. B* ‖ 6 *cf. infra 655* ‖ 8 in *addidi* | tremans: tremulis pedibus *infra*; extrema nisi *B* | et *supplevi* ‖ 9 calfeceris (*coll. p. 208, 7*) *B*: adfierit ‖ 10 adibes: adimes? ‖ 12 eum *scripsi* (*cf. supra 8*): an; eam *infra 657; in* anidem *latere accusativum nominis in* — io *putat B* ‖ 14 vinciliabis 19 *in codice deest numerus XXXV, nam post cap. XXXIV* (= *625 sq.*) *numeratur cap. XXXVI sqq.* (= *627 sqq.*), *quia 619 excidit caput, cf. ad p. 198, 17* | situs: *supersc.*scito ‖ 21 *sq.* fumento ‖ 22 mutari ‖ 23 postero: *corr. B* | malauma ‖ 26 oclamem: = oculamen (*i. e.* fenestella), *ab* oculus *derivat B* ‖ 27 eum

XXXVIII Si ungulae a corona discesserint et ex- **629**
caliglaverint, sic curabis, ut recrescant. stercus caballinum manum plena, alumen pondo ʒ, [ab] axungiae ℔ II, alii capita numero V, sulfuris vivi ℔. ÷. ex eo medicamento cottidie curabis recrescentem. sanum fiet.

XXXIX Si cui iumento *in* ungulam Chironium, quod **630**
quidam vulnus vermiciosum vocant, natum fuerit, sic curabis. sulfur et pice liquida, resinam fricatam in vaso decoques, et cum bullizant, in ipso vulnere adicies. hoc triduo facis. si hoc non proficerit, feclam Spanam, calcem vivam et lamina in uno conteris et cribellabis. ex eodem medicamento *et* vaso et lixivam calidum coques. quomodo malagmam ferventem ad locum pones. hoc facies, usque cum vermico extinguatur. si caro non creverit, scias eum sanum posse fieri. traumatico curabis. si haec omnia non proficerint, scias ossum in ungula **631**
vitiatum esse, ex quo vermico excrescit. haec autem cura difficiliter curatur. cuius tamen ratione curae et experimentum doceo, quemadmodum curari possint. cum videris eius genus vermigini semper multos menses curari non potuisse, sic curabis. elides iumentum et locum ex un*gue*, ubi vermigo increvit, se|missibus cauteriis adures 140ᵛb
usque eo, *ut* ad ossum pervenias. curare incipias caldo, **632**
sic tamen ne fervens imponas, sed quod manu pati potueris, calore vaporabis, usque vitia cadant. cum usta ceciderint, subtus invenies ossum vitiatum. [cum] traumatico curabis, donec laxat. cum hoc ceciderint, curabis, sicut vulnus permiserit. sanum fiet. scias tamen, cum eum usseris, in magnum dolorem fervuram et impetum ipsum pedem ire nec refrigerare, nisi curam ad maturitatem pervenerit.

XL Si cui iumento in ungulis suffusio permanserit, **633**

---

1 corone | *sq.* excaldaverint: *correxi, cf. infra 734* ‖ 3 aloi ‖ 6 in *addidi* | *infra 697* ‖ 7 vermiculosum *infra* ‖ 9 bulbizant: = bullescunt ‖ 12 ex: *corr. B* ‖ 18 cura: causa *B* ‖ 20 vermiginis (-em *suprascr.*) per *genuinum esse putat B* ‖ 22 ungue *B*: vino ‖ 23 aut | pervenas ‖ 24 *sq.* potuerit ‖ 26 tum? ‖ 29 useris | mangnum

sic curabis. prendis corrigiam et in ipsam suffraginem diligenter stringis. ungulam compositam ab interiorem partem contra venam stremmam tolle sic, ne qua parronicia *relin*quas. deinde corrigia solves, et sale venam in ungue fricabis. cum sanguis ambulaverit quod tibi satis visum fuerit, aceto et oleo linteola saturabis et contra venam calciaturam impones et fasciabis, diligenter
634 stringes. tertio quoque die solves et ita curabis ad quintum diem. traumatico curare incipies et axungia ungues perfricare. cum cicatrix callositatem fecerit, duramen imponere curabis. iubebis eum *in* verbacto cottidianis diebus promoveri. sanum fiet.

635 XLI Si *quod* iumentum ab ungula claudicat, sic intelligis. cum ambulet, incipiet in capite ungulae calcare, temptat et facile ungulam, et fervere incipiet. huic scarpello diligenter dealbare curabis et omnia vestigia et maculas mucronc elimpidare. curare, ut locum invenies. cum locum inveneris, diligenter pendiginem tollis. recurabis et aceto et oleo. sicut s. s. est, curare incipies.

636 XLII Si quod iumentum pedem contusum habuerit, hoc facito. ordeum solidum discoctum in aceto, usque dum discoctum sit, et resina eronalem ex eodem ordeo in fumentum bis in die mittito. cum famex facta fuerit, adaperito. si crudum fuerit, furfures ex aceto decoqueto et ad locum imponito. cum maturuerit, adaperito et curato sic, *ut* s. s. est. sanum fiet.

637 XLIII Si quod iumentum ungulas subtritas habuerit, sic intelliges. claudicabit et extremis ungulis ambulat, ali quoque crura tumebunt. nihilominus iacens manducat et in via aspera claudicat. eum sic curato. fel bubalum
141ra in aceto et oleo *et* cunelam bubulum in ungulam im-| ponito. eidem rei salem bene tritum in oleo bene fricato

---

3 *sq.* paroniciarum quas: *corr. B*; remaneant *supra 618* ‖ 5 unge ‖ 7 calcaturam ‖ 10 unges ‖ 11 in *addidi* | verbacto = vervacto, *cf. p. 207,25* ‖ 13 *cf. infra 698* | si cut ‖ 15 scarpello = scalpello ‖ 16 dalbare: *corr. infra*; delevare *B* ‖ 17 mucronem ‖ 18 re urabis ‖ 23 fames ‖ 26 ut *addidi* ‖ 29 aliquoque ‖ 31 et *addidi*

et sic ungulam lavato et in loco puram sarmentam [incendideris. . . . loco] . . . satis parebit. ubi sarmentam incendideris, pru*n*am et cinerem conver*r*ito et eum ibi statuito. postea sepo hircino cum sulphure bene trito commiscito et ungulas bene perungito.

XLIV Item pedibus omnibus quique male pedati erunt **638** aqua frigida bene pedes lavato et sepum hircinum cum sulfure mixtum imponito vel aliata curato.

XLV Si quod iumentum pandatilia fecerit et genua **639** laxavit. quod contingit a labore viae et epiphora genuorum. simili modo contigit subito, ut suffusio. quod sic curabis. calida fomentato et cataplasmam frigidam imponito, quod dicitur anacollimam, quam ex bulbis et cocleis, ovis et polline et ex algallicum fit. hanc imponito et fasciato et regulas imponito. sic curato *ut* fracturam. noli continuo solvere. sed singulis diebus intermissis calda fumentato et curato similiter. regulas noli tollere, nisi ia*m* genua correxerit. si ex hoc non pro- **640** ficerit, urito palmatim genua deretro supra nervos. sed noli alligare nec nimiam diligentiam ustionis adhibere, ut possit plus stringere et revoca*r*e laxationem stricturae si non desinuerit. curato ustiones, quomodo oportet. fasciato palmatim introrsus, c*r*ura constringat. noli enim assidue movere, sed et si se proiciet, ne frequenter excitare. hoc enim ei utile est. ita se nervi, qui laxaverint, constringunt. ustionem diligenter curato et malagmam ficurneam inducito, donec sanum fiat.

XLVI Quodcunque iumentum ossilaginem submiserit **641** non bene, ex qua re parastaticum vel genum longum fecerit. sic eum curabis. cataplasmam imponito per dies quinque, quinto die delavato, exiccato genum, ne humorem habeat. altero die exponito iumentum et urito genum,

---

1 *sq.* in foco puram sarmentam incende, quae res foco satis parebit *B* ‖ 3 prumam | convertito ‖ 6 omnibus: tumentibus *B* ‖ 9 pandat ylia: = panda; *corr. supra p. 186, 14* ‖ 10 tepiphora ‖ 14 sal gallicum ‖ 15 ut *addidi* ‖ 18 ia genuā: *sic* | *sq.* proficeris? ‖ 21 revocati ‖ 23 cura

quomodo et causa permiserit, et curato usta ab axungia et aceto et oleo, sicut s. s. altero die solvito et cataplasma imponito ex polline ervi et ex axungia veteris per dies VII et usta curato. septimo quoque die lavato, quomodo cottidie oportet, et malagmam *per*ductilem ex
141[r]b senapi imponito, donec sanum fiet. |

642 XLVII Si quod iumentum ossilaginem cum deformitate summiserit, et eam facere voles, ne crescat et non claudicet et minuat eius ossilaginem tumor, urito eam mediam punctis cauteriis tribus vel quatuor vel quomodo res ipsa permiserit. usta curato, sicut s. s. est. sanum fiet.

643 XLVIII Ossilaginem si auferes, ne intelligatur fuisse propter generositatem equorum et deprehensionem causae, sic eum curabis. expones iumentum, ut res ipsa in inferiore s*it*, ipsum pede in organolo mittis, sed tendes, ut immobilis *sit*. ita aperies eam cutem contra ossilaginem. nudato et secito ossilaginem per eccopida et *xi*stera diligenter adferito, ut ad planitiam cruris reddas. cum eam paulatim ablatam deplanaveris, curato aceto et oleo,
644 et linteolis madidis in eandem causam calcato. tertio die solvito et curato, ut cottidie ossilaginem per *x*isterem radas et asaroticum labraturam his cutis cottidie extenues. cum *coe*perit locus ossilaginis co*n*carnare, curatur vulnus diligenter asarotico, ut sanum fiat. cum iam c*oe*perit cicatrix extenuare et confirmare, lamellam plumbeam ad ipsum ista cicatrix caesa super medicamento pro mutario imponito et super cottidie fasciato, fasciolam et la*m*nam tollere nolito, nisi sanam cicatricem. et non apparebit eum ossilaginem habuisse. haec est ossilaginis cura prior

645 XLIX Cuicunque iumento mirmices in cruribus habu-

---

5 productilem: *corr. supra p. 198, 24* ‖ 7 defirmitate ‖ 14 *sq.* inferiores et: *corr. B* ‖ 15 organolo = machina ‖ 16 sit *addidi* ‖ 17 sedito: = secato | et copida: = *ἐκποπίδα* | crostera ‖ 18 cruris: cutis? ‖ 21 existerem ‖ 22 assaroticum ‖ 23 cumque perit | cor carna recuratur ‖ 24 ascarotico | iamque perit ‖ 26 ista: *super* a *suprascr. est* b *vel* p *litterula, praeterea* a *per lineam transversam perfossa* ‖ 27 lanam: *corr. B*

erit, quas omnes ex cauterio prope ossum venire existimas, curato sic vulnus medicamentis causticis et stipticis. nunquam lenem medicamentum imposueris nec oleum tetigeris. ex hac re cito et crescunt. sed loteo caldo lavato et aceto et sale curato, donec sanum fiat. si ex hac re sanum factum non fuerit, exponito iumentum, easdem mirmices scarpello intercidito ab osso, eas eradas, et urito eundem locum ossi et circuito labraturam diligenter, ne qua radix vires habeat, et curato ipso die eadem vulnera vel labra. satiata impones, tertio die **646** solves. si vulnus elimpidaverit, temptato osso, ne quam scabritiam habeat. quod si scabrum fuerit, caedito eum vel radito scabrum, donec ad sanas partes pervenias, et curato medicamentis s. s. et radito cottidie ossum, donec sanguinet et concarnet. ita huiusmodi carnes super ossum natae | curari possunt. omni diligentia s. s. curato. sa- 141^{v} a num fiet.

L Quodcunque iumentum in articulis aquatilia ha- **647** buerit, sic intelligis. dextra sinistra abintro et deforas tumorem eminentem mollem nucis magnitudinem demonstrat. ex qua re claudicat, sed per tempora perdurat et articuli onerant. quod nascitur a labore tenerae aetatis. quod curatur sic. primis diebus tribus cataplasma. deinde expones iumentum et cauterio ciprino diu ures, donec membranum praerumpas et humorem exicces. cum exiccaveris, membranum in continenti ab axungia cataplasmabis et fenugraeco et lini seminis et polline, sicut s. s., per dies numero IX, donec ferbura desinat. ex hac enim **648** causa grandis ferbura et clodigo insequitur. quare negligentius curari oportere non debet. cum iam saniem fecerit et clodiginem et ferburam interamiserit, malagma imponito crudam et usta diligenter curato. sani fiunt. alii vero dixerunt eandem causam simili modo curari,

---

1 extimas ‖ 4 icito: *corr. B* ‖ 7 eandem ‖ 9 virus: *corr. B* ‖ 10 satiato ‖ 14 tradito ‖ 15 carne ‖ 25 exiccis ‖ 27 ex ‖ 29 olodico ‖ 30 oportere *relegat ad* curari *l. 33 B* ‖ 31 inter amiserit: interea miserit?

ut sagittam exemptum flemen, lasar et aceto in eadem foramina cum lana subicere et curare, ut si flemina in genibus. ex hac re curati sani fiunt. sed propter ferburam imminentem cauterio cyprino curare, sicut s̄ s̄, melius. sanum fiet.

649 LI Quodcunque iumentum melicerídem tuberum i. e. bubonacium in articulis quoquo loco natum habuerit, eum sic curato. deponito iumentum et scalpello aperito et eum exiccato, quocunque fecit sive melicerídem sive ador natum, sinum aceto et oleo et motaris impleto, tertio die consolvito et similiter curato. cum saniam fecerit, asarotico intus totam causam impleto, ut vesiculam suam quam ferro tollere oportebit, medicamento auferas. deínde traumatico, tertio die curato medicamentis aptis et malagma ficurnea superimponito, donec bene glutinet. hac re sanum fiet.

650 LII Cuicunque iumento in articulis prioribus contingere solet genus suffusionis ad profluvium, a qua causa articuli intumescunt et humorem intus cruentum nutriunt. quod curatur sic. primo cataplasmatibus et fomentis, donec cura tenerior fiat cutis. cum iam senseris humorem intus vagurire, das plagas in ipso articulo abintro, ne deformitas curae fiat. observato venam et nervum ne laedas, ne curam deteriorem facias, cum humorem exiccaveris. in
651 quo trumbos sanguinis invenies. eos quoque bene exic-
141ᵛ b cato et | subicito in plagas licinium cum aceto et oleo et cataplasmato ex farina ordeacea, donec sanum fiat. cum saniam fecerit, et tetrafarmacum et ceram solutum perpulcrum intus inmittere et fasciato et malagma

---

1 sagittam = sagitta | flumen lasaret ‖ 4 s̄ *addidi* ‖ 6 melicter i. e. uberum ‖ 7 subunarium: *correxi, cf. supra p. 33, 10 et p. 186, 20* ‖ 8 et aperito: *transposui* ‖ 9 ferit | melicer i. e. *sic* | *sq.* adornatum: = atheroma? *cf. supra p. 33, 6*; adornatum sinum *B* ‖ 11 *sq.* ascarotico ‖ 12 intus ṭuṣṭọ totam *sic* | ut: et? ‖ 13 dum de ‖ 18 aqua: *corr. B* ‖ 21 senserit ‖ 22 vagurire = vagari; scaturire *B* ‖ 25 trumbus: = θρόμβους ‖ 26 licinium = licium ‖ 28 coram: *corr. B* ‖ 29 per prulcum

cypressina imponito per plures dies. vulnus curato medicamentis aptis. sanum fiet.

LIII Quodcunque iumentum articulos oneraverit vel bases. quod contingit ferendo, ab onera magna, quod facile dossuaris evenit. sic eum curabis. primo sanguinem desub cirro emittito, deinde cataplasmato et genu superius curare oportet. tertio die solvito et imponito ficum senapi mixtum aequis partibus, ex aceto contundito et malagma facito et imponito, donec omnis dolor et tumor per saniem digeratur. post dies V malagmatibus sublatis delavato genua aqua calida et exaniato ex aceto et sale. usta diligenter medicamentis aptis curato et super malagmam ficurneam imponito per plures dies. hac re sanum fiet. **652**

LIV Quodcunque iumentum in basibus marmor et duritias fecerit, ex quo valde claudicat, sic eum curato. sanguinem emittito de coronis et caldum imponito, quod ad duritiem et ossilaginem compositum habes, et scarificato easdem duritias et postmodum malagma cruda imponito per plures dies. si recens fuerit haec res, sanum fiet. si iam veteruerit vel praeduruerit, urito cauteriis candentibus, puncta interponito, ut ipsa duritia ustione solvas, et curato similiter, quomodo in articulis, ut cura demonstrata est. sanum fiet. **653**

LV Curato, ut omnes curas commissurales ab ustione sanas facias. in arato vel in berbacto primum promovere per plures dies. et cum existimaveris iam recte ambulare et sine clodigine esse, causticum imponito, quae res omnem curam confirmat. et post causticationem quinto die in via et ad laborem committito. ita omnis causa curata et hac re perconfirmata bene provenit. **654**

LVI Quodcunque iumentum cretiaverit ab ordeo vel suffuderit ab aqua. quodcunque ex his duabus rebus calidus ab iter acceperit, statim se sanguis in pedibus eius suffundet. unde suffusio dicta est et nervos invalidos **655**

---

6 curro ‖ 10 diguratur | delevato ‖ 24 commissonales ‖ 25 aratro | berbato: = vervacto, *cf. supra p. 202, 11* ‖ 26 extimaveris ‖ 31 *supra 625* | creverit

praestat. ex qua epifora sanguinis ungulae fervore nimio alienentur et blateias subtus faciunt. per quam causam ambulare non possunt et iacent tantum quasi quo castrati.
142ra tre|mulis pedibus immobilis fixus stat nec pedes a terra
656 levat. cui si non cito succurreris, statim ungulae eius vertuntur et longum tempus curae et inbecillitatem incident. quem cum calefecisti, ambulare videtur beneficio excalefactionis et blateiarum sanguinis. si eum in itinere ambulare cogas cum eadem causa suffusionis, statim ungulas proiciat et excalceat ex ipsa corruptione sanguinis. suffusionem ergo recentem biduanam vel triduanam sic oportet curari. sanguinem de coronis ei detrahito. alii praecipiunt, desub cirro vel de geminis. alii de brachiolis
657 mittunt. melior autem cura est, si de coronis detrahas. sed si evenerit, ut eisdem locis super venas coronales duritias habeat, donec desub cirro aut de geminis, vel unde tibi facilius visum fuerit, sanguinis detractionem facies. eam idem super venulam impositam, quod est genus ischaemon, diligenter fasciabis, ut sanguis praecludatur. et potionabis thus masculum ℥ II, piperis grana XV, caprefici folia recentia ℥ II. alii et traumaticum praecipiunt ferventi farinae ad magnitudinem nucis. trita haec omnia ex posca non agra ad cotulam unam per triduo
658 similiter potionabis. si aestas fuerit, in continenti eum in frigidam mittis vel per diurnum perfrigidabis, ut epifora sanguinis et suffusio per rigore constringatur. hoc facis per triduo. hiberno autem calda fomentabis propter stuporem glaciati sanguinis et ut nervis calore quidem praestes. tertia die venas solves. si adhuc in eo clodigine reliquiae remanserunt, †in ex fomento et furfure et resina vel ordeo similiter facies et fasciabis, donec rectus ambulet.
659 LVII Quodcunque iumentum ita suffuderit, ut neglectus

---

1 exquepiphora ‖ 2 blategas ‖ 3 castrare: quasi nequeant stare *B* ‖ 8 excalefactione | blaterarum ‖ 10 excaldat: excalcat? ‖ 12 *sq. supra 21* ‖ 16 donec = tunc ‖ 18 eam idem: *cf. supra p. 200, 12* ‖ 19 genu sichemon ‖ 20 *supra 626* ‖ 21 traumacium ‖ 22 tritam ‖ 23 agra = acra ‖ 25 et ‖ 29 praestet ‖ 30 mox *B* ‖ 32 *supra 22*

per dies V ex eandem curam s. s. proficere non potuerit, sic eum curabis. componis ungulas usque ad vivum, ut pollice depresso callicie*m* mollem intelligas. contra venas interiores scalpell*o* fr*us*tum tolles quaternari magnitudine, id est semissa*b*is, vel de media ungula a capite religata suffricabis. corrigiam vel lino crasso constringebis, ut venas omnes recludas propter viscationem, ut possit bene semissari. cum contra venam semissaveris quoquo loco, **660** solve adligaturam et desine sanguinis decursionem fieri copiosum | et confrica sale eum locum bene, ut maior 142[r]b decursio sanguinis fiat. cum satis ambulasse vid*e*ris, aceto et oleo delavabis et licinium vel linteola tenera contra venam deprimis et calc*i*atura diligenter imponis et fasciabis strictum, ut sanguis suppremi possit. et calciato soliam diligenter, ne solvat. tertio die solvito et similiter **661** curato cottidie. cum iam minus dol*e*re intellexeris, simili modo alium pedem curabis. quomodo demonstratum habes, servabis ordinem facere. deinde traumatico vulnera percurabis. curato cottidie [ab] axungiare pedes vel aliata confricare, si pauperi pedes fuerint. cum cicatrices vulnerum soldaverint et praed*ur*uerint, duramen imponito et excalciato. quinto die in agro promoveto. si adhuc reliquiae claudiginis fuerint, fomenta ex ordeo et resina per dies V. sanum fiet.

LVIII Quodcunque iumentum cretiaticum aliter curari **662** solet, stremmabis eum sic. deponis iumentum ungulis iam compositis prope vivum, ut s. s., et alligabis ei suffragines, quomodo s. s. est. totum *callic*i*em* ungulae in circuitu ungulae scalpello circumgirabis, ut separes a vi*v*o. ab ungul*a* usque ad gemin*a*s exper*isce*ris. *c*um tibi calciata separata ab ungula visa fuerit, spatulam osseam sub callicia subicies et scalpello supra totas venas

---

3 callicie: = callum ‖ 4 scalpelli frictum: *correxi, cf. p. 215, 15* ‖ 5 semis sanis ‖ 11 videaris ‖ 13 calcatura ‖ 16 dolorem ‖ 20 aliata: *cf. supra p. 203, 6* ‖ 21 soldaverint = solidaverint | praedoluerint: *correxi, cf. supra p. 207, 20* ‖ 28 galline ‖ 30 vino | ungule | geminos | experrexis | eum ‖ 31 calciata = calx? callicia?

663 denudas et auferes eum *cal*caneum ungulae. dissolvito suffraginem et sinito sanguinis fluxum per omnes venas fieri, et sale trito confricato, ut restaures easdem venas, ut possit decursio sanguinis melius fieri. quanto sale fricueris, tanto minor *et* ferbura fiet. cum iam satis visum fuerit ambulasse, curato ex aceto et oleo et in linteola calc*i*ato. sanum fiet.

664 LIX Si quod iumentum ungulas fissas habuerit usque ad coronas. quod fit ex suffusione humorum digest*a* in ungulis. quod factum est, ut suffusio levius ungulis digeratur. et itineris cottidiani beneficio his sanguis ungulis digeritur et evaporat per ungulas et findeat eas. ex qua re *call*icie *et* crepulae ungulae fiunt. quod et si*c* claudicet, quasi ex illa fissura claudiginem patiatur. *ind*e et suffusio non intelligitur. et d*i*geritur quidem ex

142^{v}**a 665** his fistulis suffusio, vaporat et | venti*l*at, sed postero ungulas vitiosas facit et semper fi*ss*as. quae fi*ss*ura non patitur novam ungulam excrescentem integram esse. sed ipsa fissura ambulat et semper praerumpit ungulam novam. quod sic curabis. prendes ungulae fi*ss*uram ad finem et terebra medicinali locum terebrabis, quo usque sanguis respondeat. similiter et circa omnem fi*ss*uram

666 hoc facies, ut uno in tempore totam ungulam sanes. cum bene omnes fissuras terebra*ver*is, a sanguine usque ad ... medicamentum hoc inponis: sepum hircinum ex axungia vetere et pice liquida aequis partibus in se mixta. ex quo medicamento et mero et oleo madido vel cremore ita impones. sanum fiet.

667 LX Quodcunque iumentum in dorsum pulmunculum habuerit, sic curato. depones iumentum et dextra sinistra a l*a*teribus [a] pulmuncul*um* in dorso scalpello aperies et cutem spatomel*e* suspendes, quantum potueris. subicito

---

1 adcaneum ‖ 5 minore ‖ 7 calcato ‖ 9 digestam ‖ 10 levis *sic* ‖ 13 ardicie ei: avidae *B* ‖ 14 si ‖ 15 inde *ego:* i. e. *sic* | degeritur ‖ 16 ventidiat ‖ 17 fixas | fixuras ‖ 20 fixuram ‖ 22 fixuram ‖ 24 terebrabis ‖ 31 alteribus | pulmunculis ‖ 32 spato melli: = *σπαθομήλη*

ancistrum et pulmunculum teneto et sagitta in primo decarnato eundem super spinam, et aceto et oleo delavato et elibera, deinde immisso sarcola*b*ide prendis et decarnabis eum pulmunculum. quo decarnabis per utrasque plagas et diligenter auferes desuper spinam et a cutem ipsa libera, sed eum foras exime. quodcunque intus reliqu*i*arum remanserint, rursus decarnabis **668** desuper spinam, et ita facito, ne nervum pungas et in periculum mittas. cum iam decarnaveris ad planitiam certam, lemniscos aceto et oleo subicies et eum locum imples et stratum superimpones. tertio die solvito. et si maiorem ferburam imminentem videris, curato lemniscis ex aceto et oleo madidis, desuper cataplasmas et mero et oleo imponito. aquam ne miseris, periculum enim vulneribus facit. cum b*o*nae ferburae inveneris et saniam fecerit, traumatico curato cottidie, ante tamen aceto et oleo exa*n*iato. hoc facito, donec se vulnus ei insidat. **669** deinde cloran inmittes per dies V, ut cutis se temperet et melius elimpidet. sequentibus adhibebis tetrafarmaco, curabis interius causam. cum ex*i*stimaveris debere cohaerere cutem, delavabis aceto et oleo diligenter et mel decoctum cum polline ervi et thuris pollinem similiter aequis ponderibus, ut traumaticum mollem facias. et subicies in vulneri et super cretam Cimoleam ex aceto infuso impones, ut ipsa ponderi | deprimatur ad spinam **142**^{v}b cutes et cohaereant. cum cohaeserint, vulnera plagarum curas. si vendere volueris, sanum vendes sine repre- **670** hensione. si minus autem, et si volueris eum non rescindere, quamcunque in dorso causam persanare vis, reticulatim et punctis interpositis dorsum urito. usta curato. sanum fiet. et post curam ustionis malagmam caustica imponito in alutam perductam, ut confirmet. ut proiecerit eam. utere, quomodo volueris, non rescindet.

---

3 libera? | sarco lapide: = *σαρκολαβίδι* ‖ 7 reliquarum ‖ 15 bene ferbure ‖ 17 exanguinato ‖ 18 cloran: *cf. supra 651* ‖ 20 extimaveris ‖ 33 ubi proieceris eam, utere?

sic curato omnem causam in dorso et in tota spina. etiam nunc si callositas nimia ossilaginis fuerit, simili curato, sicut supra [s.] s. est. sanum fiet.

671 LXI Quodcunque iumentum in latus ad aliquam rem percussum fuerit et costam fregerit, ita ut peritonium ipsum non tetigerit, et collectionem fecerit, aperies locum ante eam costam, quam vexaverat, et astulam ipsam per pleuro*x*istem secabis. vitiatam curabis diligenter. curare eiusmodi vulnera, si tarde glutinabi*t*, costam rades, donec glutinet. quod si neglexeris radere, fistulam faciet, incurabile vulnus fiet. itaque patenti vulnere ex omnibus, quae s. s. sunt, sollicite curam adhibere debes. sanum fiet.

672 LXII Quodcunque iumentum in latere ventris vel ilis a tauro percussus vel a qualibet [et] causa *p*eritoneo *r*uperit vel ipsum ventrem, sim*ul* foras emiserit et non erit ruptum stentinum, sic curato. in latere si fuerit, spongiolam novam accipito mollem. ex eandem et ex posca aquata delavato causam et stentinum spongiola reprimito et contineto intus. si omentum proc*i*derit, alligas ei partem superiorem, et reliquum praecides quidquid ruptum fuerit, et subicies intus et fibulas, imponis
673 et trama*m et mot*aria solida. et sic curabis in continenti percussuram: vulbos tritos cum thus masculo bene trito et commixto lini semine. locum ruptum, [cui] cum apposueris, fasciabis. 4to die solvis et similiter curabis, donec cutis cohaereat et glutinet. et cum glutinaverit et cohaeserit, fibulas praecides et totam tramam eicies, ne quid remaneat intus. quod si neglexeris et aliquid de his fibulis remanserit, sulphor*a*, *ne* deteriorem curam faciat. itaque curato causam diligenter, donec sanum sit. neque herbam nec ordeum tangat et modicum manduc*e*t.
143^r^a sanum fiet. |

---

4 *cf. infra 705* ‖ 8 pleuroclistem: = *πλευροξύστην* ‖ 9 glutinabis ‖ 14 hilis ‖ 15 *sq.* aperito ne obruperit ‖ 16 similiter ‖ 20 procederit ‖ 23 tramatoria ‖ 30 sulphorat et ‖ 32 manducit

LXIII Quodcunque iumentum renes vulserit, si se **674**
portabit, sic eum curabis. in machinam mittito et bene
suspendito et imponito pridie in renibus et lumbis eius
bulbos *ma*n*ipu*los, co*cle*as tantundem an*a* numero V, argal-
licum ℔ libra, recentis glutinis taurini ex aqua soluti ℔ ʃ,
similaginis pollinem quod satis fuerit. ea omnia singula
contusa bene immisces et facies ad crassitudinem cretae
infusae, et inlinis ei renes et coxas et lumbos, et desines
hoc cohaerere diebus V. sexto die aquis vervenis foveto **675**
et omnia haec delinito diligenter. sanguinem ei detrahito
et de coda vel de visceribus tantum quantum corpus
eius permiserit. excipito inde sanguinem in vaso et ad-
misceto cum unctione sulfur vivum ℔. libra, bacca lauri ℈ I,
thuris pollinem ℔ ʃ. haec omnia bene trita et crebellata
commisces cum eodem sanguine. cui admisces hiberno
merum et oleum quod satis fuerit, aestate acetum misces.
ex hac unctione cottidie perungito, de berbenis fumentato
diebus pluribus. curato et potionem dare, quae facit ad **676**
eandem causam. cum iam confirmasse visum fuerit et
posse *se* portare, eicies eundem de machina, paulatim
cottidie promoves. desines eum curar*e*, cum dies plures
subpleverit. ures eum graticulatim in renibus. usta cu-
rabis, ut iam didicisti. sanum fiet.

LXIV Quodcunque iumentum a vulsione renum ydro- **677**
celicum factum fuerit vel a qualibet causa, s*i* intelligis
folliculum ipsum et testiculos sanos sine tumore esse,
[sed] ipsum folliculum sagitta pungis vel epilampadium, si
habueris, infigis ei, desinies humorem ambulare. hic
humor loteo similis erit. cum exiccaverit, cretam et
acaciam in cretam infusa linis in totos testiculos et de-
sines V dies. solet enim iterum implere. si pausaverit,
hac re sanum fit. solet ex hac re quidam tumor et
ferbura increscere. quibus inest aliqua causa vexata in- **678**
terius, plaga aperies, et melius exiccabis pus, quod fecit.

---

2 macinam ‖ 4 lamiploscodas | añ (= ante?): aut *B* ‖ 20 re-portare | macina ‖ 21 curari ‖ 25 sic: *corr. B* ‖ 27 sed *del. B*

et lemniscis curas aceto et oleo optimo, deinde cottidie lixiva calda fovere debebis et curare rebus congruentibus, donec sanum fiat. quibus evenit reuma in testibus pati, ut exiccati rursum inpleantur, iam exiccatum urito testes.
143[r]b curabis usta, | quomodo supra [s.] s. est. testes tumidi sic cura*ti* sani fiunt. vel sic: ante suffusionem vulneris ydrocelicum *et* reumaticum castrato, ita sanum facies.

679 LXV Quodcunque iumentum ydropicum vel strophosum paracent*ese* curare volueris, sic curato. 4[or] digitis ab umbelico in prioribus [mecies] medium ventrem sagitta pertundito. ita facito, ne intestinum pungas et fistulam centetalem subicito in eandem plagam et sinito humorem . . . *si* exiccaveris, exime fistulam et emplastellum inducis. hoc cum auferre . . . ita facies. hac re sanum fiet.

680 LXVI Quodcunque iumentum *v*eretrum submiserit et revocare non potuerit, curato omnibus rebus necessariis. si non pro*f*ecerit et non revocaverit, sic eum curabis. deponito iumentum, et veretrum eius, sed iuxta crus *et* ipsum nodum *et* folliculum, lino valido religato bene, ne resolvatur, nisi quando tu volueris. et longius ab alligatura di*g*ito scalpello praeci*d*ito et urito bene, ita ut
681 ipsum porum urinae non uras, ut megire possit. cum bene u*s*seris, teneto manum fortiter, ne refugiat, et laxato linum, et locum ab axungia et oleo satiato. remitte: statim fugiet sibi. et sic curabis. calda fomenta sub ipso ypotauro cottidie, aquam tepidam et oleum per ipsum folliculum ulterius clisterimabis, quoniam tangere per folliculum ulterius eam causam non pote*s*, ut urinam faciat. hanc curam cottidie adhibito per dies XV. sanum fiet.

---

6 curari | si ‖ 7 et *addidi* ‖ 8 *supra 401; infra 708; Veg. II 16, 3; V 24, 4* ‖ 9 paracentas: = παρακεντήσει ‖ 10 mecies: tunicis? membranis? ‖ 12 sustines humorem currere *supra*, desines humorem ut decurrat *infra* ‖ 13 si *addidi* | exiccaberis ‖ 15 *infra 730* | feretrum ‖ 17 proiecerit: si [non] proiecerit (*sc.* veretrum)? ‖ 18 et *addidi* ‖ 19 *et addidi* ‖ 21 dicito: *corr. B* | praedicito ‖ 22 megire = meiere ‖ 23 useris ‖ 25 ibi? ‖ 28 potest

LXVII Quodcunque iumentum in ipso folliculo veretri vel in *in*guine vel quoquo loco alio supervenam habuerit, sic curato. deponito iumentum, eius verrucae inferius radicem lino constringito, super sanas partes praecidito scalpello paulatim et urito. quomodo praecides, sic sequere cum ustione, *ne* d*is*solvatur a*l*ligatura et fluxus sanguinis non patiatur te bene urere. cum praecidas, totum reuma urito ita in omnes radices solidius, ut ustio eas eradicet, et ab axungia et oleo causam saturato et tertio die lexiva calida delavato. cum usta ceciderint, asarotico cottidie curato, donec sanum fiat. **682**

LXVIII Quodcunque iumentum castrare voles, sic curato facere. abstineto iumentum antepridie ab esca et poto. deponito iumentum et contrastringito diligenter et abscidito | medium frustum quaternario duplicis magnitudinem. prendito testem inferiorem primum medium et findito eum. medium membranum aperito et testem eicito foras, venam comprehendito mediam pollic*e* et digito mulgito, usque donec rumpatur, vel gracilem praecidito. deinde adducito testem superius et cremasterem ipsum prendito iuxta saccellationem, quod tibi folliculus monstrat. similiter et alium testem tolle. *te*sti membranam diligenter purgabis, ut foramina pateant. et quodcunque pi*n*guaminis excitare vel p*us* ibi in folliculo abundaverit, purgato ferramento et lavato et sale tritum in folliculo mittito. solvito iumentum et noli pati eum stare. cottidie eum calda fomentato. tertio die omnem blatteiam sanguinis repurgato diligenter. unde testes exierunt, noli pati cludant. curato ex pice liquida cum oleo, intus mittito digitis, donec sanum fiat. sunt alii, **683** **143ᵛa** **684** **685**

---

1 *cf. supra 42; Veg. V 16* ‖ 2 iguine ‖ 6 ne *add. B* | desolvatur a ligatura ‖ 11 astarotico ‖ 12 *cf. infra 726* ‖ 14 *in cod.* pota *vel* poto *vel* potu | constringito (*coll. p. 221, 12*) *aut* contra ⟨eum locum⟩ stringito *B* ‖ 18 pollicem ‖ 19 radicem? ‖ 22 et stimembranam: *corr. B* ‖ 24 piguaminis | excitare: ex ista re *B; sed cf.* citare *supra p. 190, 16; 194, 8* | plus

qui cauterio castrant propter fluxum sanguinis. similiter ut s. dixi, membranum supra testes aperies et tunc testiculum eximes et labraribus castratum uris. cum praecludis illa loca, ubi praecideris venam et cremasterem, ipsum cauteriis candentibus praecidito testiculum. similiter hoc in alterum facito. sanum fiet.

686 LXIX Quodcunque iumentum a quocunque bestiolo nocitum fuerit et venter ei tympanaverit, sic eum curato. scarificato totum ventrem ex sagitta Numida, observato, ne venam tangas, et sale confricato et sinito humorem venarum decurrere. hac re sanum fiet. rutam mustelinam et origanum asinale super carbones ponito et totum ventrem fumicato per triduo et loteo calido delavato. sanum fiet. si quid in corpore cum tumore venenato permanserit, cauteris candentibus urito, usta curato. sanum fiet.

687 LXX Quodcunque iumentum ab strato cancer frigidum creaverit, quod quidam pispisam vocant. [quod] cui si non cito succurreris, cito ex hac re et vitio periculum faciunt. sic eum curato. scalpello eidem cancer et totum latus intercidito, usque quo causa canceris dilata-
143ᵛb verit, | vel etiam nunc dragonationem tergito, usque quo venias ad membranum lividum inflatum humore plenum, quod *et* ipsum cancer succutanum dictum est. quod cum bene intercideris, in plagas medicamentum cum lanas sucidas immittes, ante tamen sale confricabis. eas plagas
688 exaniabis, donec omnis se humor exiccet. et deinde aceto delavato bis. oleo ne tetigeris, ne noceas. hoc medicamento ergo in plagas immisso et cum lana sucida calcato munibis strato iumentum, ne ventilet, tertio die solvito et curato ex eodem medicamento, donec totum cancer cadat, et loteo caldo delavato. hoc me-

---

3 labraribus: *cf.* ferramentum labrosum *Celsi p. 310, 24 D; de* glabraribus *cogitat B* | eum ‖ 11 ruta ‖ 14 quidem: *corr. B* ‖ 17 *infra 707* ‖ 21 inter digitos: *corr. B, cf. p. 218, 12* ‖ 24 est ‖ 25 vene ‖ 28 oleum ‖ 30 munibus: *corr. B* | ventidiet

dicamen componito. misu, aeruginem, calcitem, calcantum, aes ustum, aequis ponderibus tusa et creta bene commisces. et rododafnen bene tusum bene commisces, **689** ut faciat medicamen, et pice liquida aequis ponderibus et sardinas maturas vel allicem et ex axungia aequis ponderibus in se commisces et facias quasi malagma, hoc est medicamentum, quod ad omnem cancer discutiendum fiet. quod si volueris eandem curam aliter curare, cauteris candentibus graticulatim urito, usta curato. sanum fiet. est aliud genus vulneris, quod pispisam succutaneam vocant, quod nascitur in omnem partem corporis, quod est facedena. facile hoc in dorso et lateribus et in coxis nascitur a plaga et ab strato. quod sic curato, sicut s. s. est.

LXXI Quodcunque iumentum† hoc de coria supplanata revolueris, id est caudam breviare, quod facile bimulas **690** fit, sic facito. mittito a rapo palmum vel tres digitos vel quod satis tibi videbitur debere auferri. tum deinde super lignum solidum caudam ponis et super ferramentum acutum cultro similem et supra feries radio rotae vel malleo simili. semel incides et cauterio candenti ures, ut sanguinem statuas. curato ab axungia. sanum fiet. sic curabis et quaequae in coda cancer frigidum nutrierit. sanum fiet.

LXXII Quodcunque iumentum umbone renali super **691** vertebulum coxae eminens aliquid habuerit, sic curato. si collectionem fecerit, ut eum ossum fractum eximas et quascunque astulas fractas vel asperas inveneris, | 144ra caedis per eccopidam et rades per xisteram, ut leve sit. curato vulnus medicamentis aptis, donec sanum fiet.

LXXIII Quodcunque iumentum coxam exemerit vel **692** luxaverit vel intorserit, similiter curato, quomodo in armo

---

1 nisu ‖ 2 aesistu ‖ 4 facias? ‖ 10 et ‖ 11 suctaneam ‖ 12 facedena = φαγέδαινα ‖ 15 iumentum [hoc] decurtare [supplanata] volueris *B* ‖ 16 binmulas ‖ 17 rapo = radice caudae ‖ 18 aufer vitum: *corr. B* ‖ 26 coxa ‖ 29 perecopidam | lene ‖ 30 apris

demonstravi. cura enim armi similiter curatur nec differt aliquid. sanum fiet.

LXXIV Quodcunque iumentum lacas [si] in gambis habuerit, similiter curato, ut aquatilia, ut flemina [ut aqualia] in pedibus prioribus curantur. ipsam regulam curae sequi oportet. sanum fiet.

693 LXXV Quodcunque iumentum gambosum fuerit, sanguinem ei desub gambis emittito de securi *vel* cel*t*a et curato similiter ut genum. longum urito et omnem curam similem adhibito. sanum fiet.

694 LXXVI Quodcunque iumentum inflatos pedes fecerit vel ventos*o*s vel reumaticos, sic curato. venas inter*cidito* viscerales super gambas simili modo, sicut in prioribus pe*d*ibus et suffusicio fieri demonstravi. malagmatibus stipticis et fomentis calidis curato, donec siccet inflatio. sanum fiet.

695 LXXVII Quodcunque iumentum scaurum factum fuerit, sic curato. eundem deponito iumentum et pedem diligenter componito. tempta *u*ngulam corrigere. invenies nervum in suffraginem tensum et constrictum. eum nervum scalpello [inter digitos] incidito, statim sonitum reddit in ungula, laxa*bis* et consuetudinem pristinam revocabis. aceto et oleo licinium [et] satiatum in eandem plagam subcalcare et pulvini more pannum factum suffragini inpones et fasciabis. fasciolam madida ex aceto et oleo diligenter constringis: *c*um bene fasciaveris, solves iumentum et eriges. invenies eum rectam ungulam ponere, recte ambulare sine clodigine. curabis vulnus cottidie, quomodo in ceteris demonstravi. sanum fiet.

696 LXXVIII Similiter et prioribus scaurus curatur. cuicunque iumento in articulis vel basibus posterioribus con-

---

1 *supra 583* ‖ 3 *supra 5* | lacassi ‖ 8 vel *addidi* ‖ cella: *cf. supra p. 12, 11* ‖ 12 ventosus | intercidito *scripsi* (*cf. l. 21 et p. 216, 21*): inter digitos ‖ 14 pellibus ‖ 19 temta lingulam ‖ 21 intercidito? ‖ 22 laxavit ‖ 26 eum | fasciaberis ‖ 30 *cf. supra 623* | similiter — curatur *in cod. ad caput* LXXVII *pertinent*

tegerit, similiter curatur, ut in pedibus demonstravi. non separantur causae nec curae, uniter omnia eveniunt et curantur.

LXXIX Quodcunque iumentum in ungulis Chironium habuerit vel vermiculosum factum fuerit, sic curato. urito eam vermiciem bene, usque | dum bene ad ossum pervenis. et curato ex eo medicamento, quem in cancro demonstravi, ex rododafnen quod conficitur. haec imponito, donec omnis vermico eradicetur, vel si ossum vexatum inferius fuerit. ex qua re haec cura contingit. his ossus curatur, ut cadat, vel asaroticu utere vel calda ferventi assidue curato, donec se omnis *caro* putris repurget et fiet vulnus curabile. quod curabis traumatico et medicamentis, quibus oportet curare vulnera sanabilia. curato per plures dies. hoc modo sanum fiet. et cetera omnia, qui in pedibus contingere solet, una ratione curantur. **697** 144^{r}b

LXXX Quodcunque iumentum ab stercore equalis, quod femum vocatur, collectionem in ungulam fecerit, famicem quod appellamus fe*m*i, vel si clavum calcaverit, sic intelligis. prodiens super caput ungulae calcabit et pedem assidue a terra suspendit, cuius ungula ferventem invenies. curabis ei scalpello famicali ungulam dealbare et omnia vestigia causae ab stercore vel clavi vestigia scalpello elimpidare, donec pervenias ad vestigium collectionis. quam cum inveneris, collectionem eam aperies, ut omnis humor ex causa fluat, et ex aceto et oleo et licinio et ex pannis madidis calc*i*aturam facies et fasciatum pedem calciabis. post triduo traumatico curato. septimo die omnem pendiginem ungulae elimpidat*o*. curato tam diu, donec vulnus callicia praedurueri*t*, et calciato et duramen imponito. sanum fiet. et ad contusionem quidem similiter collectio in ungula nascitur, sed grandem curam **698** **699**

---

4 *supra 630* ‖ 6 pervenit ‖ 7 *supra 688* ‖ 11 astaroticu *vel* ascaroticu *cod.* ‖ 12 cura: *corr. B* ‖ 18 femum = fimum ‖ 19 fenici ‖ 20 calcavit ‖ 22 delevare *vel* decalvare *B, cf. supra p. 202, 16* ‖ 27 calcaturam ‖ 29 elimpidat

et indignationem ungulae facere solet. ex qua re eruptio in ipsa corona fieri solet. ab attritione similiter contingere
700 solet. sed maiores et periculosiores curae in ungulis ab attritione contingunt. quare oportet, priusquam aperies, fumentum ex furfure et aceto fervens ungulis imponere, ut melius maturescat. est enim cataplasmae genus ad ungulas furfure fervens, ex qua re fervens imponitur, ut possit per altitia igneus calor penetrare et ad causam temperatus venire. ex qua cura fumenti remollit duritiem
701 ungulae, ut possit facilius ferramentum *a*dire. omnis ergo cura ungularum similiter curatur, ut s. *s.*, nisi erup-
144^{v} a tionem a corona fecerit, per quam humor non | desinat ambulare. fenestellam coronae ungulae facere oportet, qua vulnus curari possit. vel si ossa scabra fuerint, matura ex parte quacunque tollere oportet, et fistulam, si fecerit, vel duritiam in basibus urere punctis cauteriis necesse est. ita omnis causa humoris et doloris profluentis aufertur. sic curare oportet, quomodo in superioribus causis docuimus. ita ad sanitatem perducis. ceteras passiones et curas totius corporis in quinto libro demonstra*vi*. sanum fiet.

702 LXXXI De ventre et lateribus. si quod iumentum sub armi cubito vel pectore et qualibet causam percussum fuerit et intus membranum ruperit, scias eum curari non posse.

703 LXXXII Si quod iumentum in palo incubuerit aut bobis percusserit latus aut ab aliqua causa percussura fuerit, si corium non pertuderit et intestina in corium procecideriint, sic curato. cretam Cimoleam ex aceto madefacito et perungito eum locum. sumito spongia novam, ex aceto acerrimo madefacito et opponito et contra eum locum stringito et a cibo abstineto. si mulus

---

4 constringunt: contingunt *in marg.* ‖ 5 furfur ‖ 10 audire ‖ 11 *alterum* s. *addidi* ‖ 20 *sq.* demonstrabis ‖ 22 de ventre et lateribus *in cod. ad caput LXXX pertinent* ‖ 27 bobis = bovis (*i. e.* bos)

dorsarius erit sarcina maiore simul et lassus erit, quam minimo pungito. sanum fiet. si pertuderit corium et stentinae prodierint et pertusae erunt, sanum esse non potest. si integra intestina fuerint et aliquando et omen- **704**
tum proceciderit, sic curabis. deponito iumentum et ea plaga superius respiciat et ea loca et stentinum vel omentum spongia nova calda (tepida tepidiore) delavato sic, ne manu tangas, et intus reponito et eum locum fibulis consuito et hoc anacollima imponito: bulbos, cocleas ana . . thus masculum, algallicum. omnia in unum contrita ad eum locum perducito et supra lanam albam limpidam ponito et super pannum et diligenter fascia constringito. tertio quoque die solvito. ita curato, donec se cutis obliget. observabis tamen, ut in ea causa positum mollibus cibis non ad plenam ventrem olea des.

LXXXIII Si quod iumentum costam fregerit aut ali- **705**
quod vitium fecerit, sic curabis. aperies eum locum et eam costam caedes, usque quo ad solidam et sanam costam venies. at ubi deraseris vel frustum vitiatum de loco eduxeris, curabis traumatico, et sicut vulnus permiserit. sanum fiet.

LXXXIV Si quod iumentum clavulum in latus fecerit, **706**
sic eum curabis. huius decarnato radices et hoc medicamentum impones. spodium cum pice liquida et sardinarum pulpas | tritum locum imponito. tertio quoque die **144^{v} b**
solvito. si limpidum fuerit et rotundum clavulum videris, huius oras decusatim scalpello intercides, curabis medicamentis aptis. sanum fiet.

LXXXV Si quod iumentum in latera pispasam crea- **707**
verit, quod est cancer frigidum, sic curabis. scalpello intercides eam directis plagis, usque quo ad firmas cutes venies, et sale grande eas plagas confricabis, deinde aceto

---

1 maior ‖ 2 perungito? ‖ 5 disponito ‖ 9 ana numero V *add. supra 674* ‖ 15 oliades: olera? ‖ 16 *cf. supra 671* ‖ 19 furuscum ‖ 22 daulum ‖ 23 decarnatos ‖ 25 locum = loco ‖ 26 dauculum ‖ 27 horas decusati ‖ 29 *supra 687* ‖ 31 adfirmes

delavabis. et hoc medicamento eas plagas curabis: coriandri folia, sardinas maturas ex axungia, pice liquida, ervi polline, atramentum sutorium, in uno commixta haec omnia. hoc malagmate plagas cum lanis sucidis subcalcabis et supra pannos imponis et sarganas tegis, quarto die solvis. si pispisa ceciderit, curabis sic, ut vulnus permiserit. si hoc non proficerit, cauteriis candentibus circumgiras eam et decusatim adures. usta curabis. sanum fiet.

708 LXXXVI Si cui iumento ydropico aut *stro*foso [debent supra se] paracentesin facere volueris, sic incipies. pridie abstineto ab aqua, deinde altero die sic facies. ab umbelico 4^{or} digitis longe inde sagitta pertundes sic, ne stentinum laedat. deinde fistulam centetalem nimiam in eam plagam subicies. desines humorem, ut decurrat. incipiet humor foris evocari inibi, *in* ventrem qui vaguribat extra cursum naturalem. iam desinitus humor est. pittacium pone. curabis sic. sanum fiet.

709 LXXXVII Si cui iumento in ilia mirmix natus fuerit quomodo mala, sic curabis. depone iumentum et desub cute eum recastrabis sic, ne membranum ventris tangas. iam decarnatum ad aequalitatem, semissem candentem in oleo intingues et sic ad locum imponis, ut huius radices aduras, ne recrescat. iam bene ustum *cum* videris, sic curabis, sicut superius in cruribus demonstravimus. sanum fiet.

710 LXXXVIII Si equus in dorso pulmunculum citaverit, sic eum curabis. depones iumentum, deinde dextra sinistra parte ipsius pulmonis plagas scalpello aperias [pulmunculi] et de spina decarnare incipies sic, ne quid pulmonis relinquas, munditer, nec cutem laedas. cum iam diligenter decarnaveris, aceto et oleo vulnus exsaniabis.

---

5 sarganas = σαργάνας ‖ 8 decusati ‖ 10 *supra 679* | ydrofoso: *corr. supra* | debent: de ventre *B* ‖ 11 sup̂ *in cod. del.* ‖ 14 laedas? ‖ 16 in *addidi* | vagur ibat ‖ 17 definitus *an* desinitus *in cod.*? ‖ 20 mala = malum? ‖ 24 cum *addidi* ‖ 26 *supra 667* ‖ 28 pulmonis = pulmunculi | *sq.* pulmuncul ‖ 30 reliquas

item locum pannis linis et aceto et oleo complebis, cataplasma per triduo inponere curabis. septimo quoque die **711** traumatico panno inlinibis et ei loco addes. cum diligenter vulnus limpidum et aequale videris, | cretam im- 145ra pones. curabis, ut cutis cohaerere possit. cum cutem haesisse videris, curabis reticulatim dorsum urere. usta curabis, sicut s̃. s̃. est. san*a* vulnera ustionis curata malagma caustica in dorso ponere oportet. sanum fiet.

LXXXIX Si quod iumentum spinam fregerit, sic in- **712** telligis. haec ratio habebit quidem errorem, nec facile intelligitur haec curatio. sic tamen eum intelligis. incertus ambulat nec spinam reddere potest nec corpus recipiet. similiter ambulare intelliges, si qua lumbos *v*ulserit. curationem non facile recipiet, nisi contunderit aut vulserit. sic curabis, sicu*t* renum et lumborum dolorem, quemadmodum infra scriptum est. sanum fiet.

XC De renibus et posterioribus partibus. si cui iu- **713** mento renes ceciderint aut lumbi condoluerint. fiunt autem haec causae *a*ut in conamento aut a viae ductionem, aliquo saltu aut si plagis nimi*i*s lumbi contusionem passi fuerint. intelligere debes, unde factum sit. si renes in causa erunt, maxime ambulans sentiet dolorem, et febris lenta erit. tractat*u* hae omnes causae co*mmun*iter intelliguntur. quas de plagis habebit, maxime in corio summo sentient. sed quorum lumbi convulserint, posterioribus summis ambulabit et capita ungularum trita habebit et cersonius ambulat et cruraqu*e* tumebunt et testicl*i*, et quando renes validius vulsisse videtur, ab urina plus intelligi potest. sic curabis. sanguinem a visceribus aut de **714** cauda mittere curabis. ipsum sanguinem excipies et unctioni commisces et vervenis fovebis et in machinam statuere curabis. hac u*n*ctione uteris: sulfure, nitrio, fecla,

---

7 s *alterum addidi* | sane: *quod tuetur B* (*'freilich'*) ‖ 11 insertus ‖ 13 mulserit ‖ 15 si cui: *corr. B* ‖ 17 *cf. supra 466; Veg. V 4, 2* ‖ 19 ut | *sq.* ductione mali quo ‖ 20 nimis ‖ 23 tractatus | communiter *B*: cōit' *sic* ‖ 24 quam ‖ 26 ambulavit | cersonius: cernulus *B* ‖ 27 quae | testiclis ‖ 32 uctione

adarce, castoreo, bacca lauri, thuris polline, haec omnia tusa et crebellata ex aceto et oleo cum sanguine commixta. post fomenta hanc unctionem renes perunges. cum recte ambulare videris, causticum inpones. sin autem sanus non fuerit, renes cauteriis ures reticulatim. sic curabis usta, sicut s. s. est. haec curationes similes sunt superioribus curis.

715 XCI Si renibus vulsis fuerit, haec signa erunt. cum ambulant, pedes posteriores trahat. ut intelligas, iube eum procur*re*re, et subito flecti si non potuerit in ambulandum, sic eum intelliges. sin autem renum dolore premi coeperit, signa erunt haec. posteriores partes tabidae fiunt et ilia dura et contracta, ungulas inflexas gerit. 145^{r}b cum incipiet cur*re*re, caudam reiciet | et mittet crassas et pituitosas. et ex [a]quacunque parte renes laborant, eius part*is* ve*na*e contrahunt. lumbi si de loco exierint, deicito equum et ligato priores pedes, et ferro articulum in locum, ubi consistit, urito.

716 XCII Si lumbi eius laborabunt, lumbis et gambis contractus erit, et macer fiet destillescendo, quia posteriores eum non consecuntur. et cum se proiecerit, vix se contra erigere potest et tensam spinam habebit, velut roborosus, cui renes doluerint. et potionem dabis huic aptissimis rebus confectam sine vino et aceto. fiunt ex ust*ura* et coriaginosi facile, si negligentius curentur.

717 XCIII Si quod iumentum caudam parietibus fricat et exulcerat se, sic curato. in ipsum rapum caudae invenies pilos, quorum extremas partes in ipso rapo plus demerserint. hi sunt, qui videntur creare pispisam, qui pilupia appellantur. eos pilos bersellis repurgabis, ne qua radix remaneat. et loteo caldo et sale totam caudam delavabis. et hoc medicamentum, unde pilos vulsisti, imponis. lasar et acetum commixtum ea loca perunges. et ante tamen

---

8 *supra 479* ‖ 10 procurare ‖ 14 curare ‖ 16 partes vere: *corr. B* ‖ 23 aptissimis *in marg.*: addissimis (*i. e.* caldissimis) *in contextu* ‖ 24 exusta uri ‖ 26 *infra 792* ‖ 30 bersellis = volsellis

perunges nitro, et aceto locum elutriare. hoc uteris, us- 718
que dum caudam non fricet. similia signa adferet et hic, qui in longaone cosses, id est vermes rubros et rotundos habuerit. similiter hic lumbos et anum parietibus fricat. eas-
5 dem cosses .. de ano *m*ano uncta vel de interiore parte longaonis, statim desinet caudam et lumbos parietibus adfricare.

XCIV Si quod iumentum nimis mobilem *caudam* ha- 719
buerit, sic emendabis. media cauda parte superiorem verteblam incidito usque ad mediam commissuram. ne
10 praecidas. vulnus curato. diebus his autem utitur caudam *stabilem* et non erit tam mobile. idem facies equo castrensi. sunt autem, qui aut mobiles caudas aut pravas ferunt. hi autem in castris repro*b*antur.

XCV Extalis si elapsus fuerit, sic curabis. solet 720
15 maxime pullis ex cursu vel ex perfrictione aut ex via aliqua contingere. sic curato. circumcides, quod super aridum fuerit, et vide, ne intestinum laedas. cibum dato panem et ficum. potionem dato farinam triticiam et fenum tenerum. ipsum anu*m* vino foveto et oblini me-
20 dicamento traumatico, usque dum sanus fiat.

XCVI Si quod iumentum extalis elapsum fuerit, sic 721
curabis. ne ferro tangas. [primum] | primum calda fovebis, 145^{v}a
deinde stercora de ano exhaurebis et hoc medicamentum impones: feclam Spanam, auripigmentum, calcis vivae,
25 castoreum, in uno tusa et crebellata, et ad eum extalem pannum alligabis. hoc facies, usque quo carnes de eo putres cadant. sanum fiet.

XCVII Si cui iumento fici nati fuerint super extalem 722
vel in verginalem, hoc sic curato. lino alligato, quod
30 extra fuerat, et cauterio calido praecidito. curato sicut

---

3 coxas ‖ 5 coxas | *supple* prome | mano (*i. e.* manu) *scripsi:* in ano | uncte ‖ 7 *Pelag. 292* | caudam *suppl. Pel.* ‖ 9 verteblam: ad vertebram *Pel.* ‖ 10 curato diebus III; stauilem (= stabilem) utetur caudam *B* ‖ 11 stabilem atque erectam *add. Pel.* ‖ 12 castensi ‖ 13 reprobrantur ‖ 14 *supra 476* ‖ 15 perfectione ‖ 16 *sq.* superari dum ‖ 19 anum *scripsi:* manu in

omnia vulnera sine cauterio aut ferro. volneris causticum crudum super ipsos impone vel asceroticum. *cum* ceciderit, aceto et oleo exaniabis, deinde traumatico curabis. sanum fiet.

723 XCVIII Si quod iumentum fistulam habuerit vel iuxta anum, sic curato. specillum coicies in fistulam, spongiolam alligabis, sed in aceto intingues. simul bene dilueris, tunc ex aqua lavato spongia et exiccato vulnus aqua berbenacia omne genus: laurum, mirtam, cupressum, lentiscum, rosmarinum. tertio quoque die fovebis ita. sic eum curabis, usque dum sanum fiat. si sanum non fuerit, tunc collirium fistulare subicies. quarto die solvis. cum fistula ceciderit, traumatico curabis. sanum fiet.

724 IC Testiculorum dolor si fuerit, signa erunt haec. incedere non poterit nec cubare cruribus nec isdem insurgere. debebis ergo sic curare. concalfactionibus fovere, aridis pabulis uti et rebus ad urinam facientibus inrigare, cataplasmatibus fovere, et nasturcium cum vino tritum in lineo panno in altitudinem *renum imponere,* incidere et extantes venas. quod si sanum non fuerit...facere eum oportet...fovebis bis diei. sanum fiet.

725 C Testiculi si dolebunt et turgebunt, sic curabis. potio, quae ordeo fieri solet, [et] inde crassum sumito, inde bis die oblinito mane et vespere. id medicamentum praevalidum est, optimum erit. alio modo sic facies. felle canino testes tumidos sublinito.

726 CI Si quod iumentum castrare voles, sic observabis. mense Maio vento aquilone deponito quadripedem et resupinato iumentum et testiculos ei alligato, ne refugiant. dein ita [de]prendito ferrum acutum, quam saevissime cutem eius incides. qua testiculi inciderint, incipe radere

---

1 ferre volueris ‖ 2 asteroticum | cum *supplevi* ‖ 5 specillu ‖ 6 intigues ‖ 7 lavata ‖ 13 *supra 484* ‖ 14 hisdem ‖ 16 pabulis *supra*: puris ‖ 17 trito ‖ 18 linito pannum *supra* | renum imponito et sanguinem emittere de visceribus *suppl. supra* ‖ 19 urito eum stellis in testibus et curato, quomodo oportet ustionem curare *suppl. supra* ‖ 21 *supra 485* ‖ 25 testumidos ‖ 26 *cf. supra 683* ‖ 27 disponito ‖ 29 de in sita

tunc ita, ut radices tollas, et alterum testiculum idem facies. deinde miscebis salem et cinerem et in vino facies et ex eo in folliculo mittes. hoc facies et fasciabis iumentum. sub vespere lavabis plagam, | ne tumor inse- 145ᵛb
quatur aut sanguis manet. postridie relaxabis iterum. 727
si videris sanguinem non emanare, solvito eum et picem liquidam sumito et cum oleo commisceto et in eam plagam coicito et super renes saturato oleo et pice liquida, et peruras persaepius pilum et nares. noli pati iumentum multum ambulare, donec sanum fiat. et calidum eum habere toto corpore, et vino et thuris polline perungito. ne adeo dirigescat, sago eum operito, usque dum sanum fiat.

CII Si cui iumento ramex nata fuerit, sic curabis. 728
huius prendito folliculum, qualem in sarcinam inclinata est, et premito et addito fibulam, religa bene et madida aceto et nitro et ibiscos uteris, fibulam addito, aqua frigida vulnus et flemina curato, et medicamento subligato ipsum locum, donec sanum fiat.

CIII Si cui iumento fluxum sanguinis statuere voles, 729
hoc medicamento uteris: ammoniaci gutta pondo ʒ, porri sectivi ... sic cum ciatis VI in uno commiscebis.

CIV Si quod iumentum veretrum submiserit et aliqua 730
in eo percussus fuerit, scias eum revocare non posse. sic curato. primo calda vervenacia foveto, deinde oleo in sole calfactum fovebis, sequenti acopo veretrum subiges et lanis obvolves et superfasciabis. curabis tamen, ne pendeat: ad ventrem substringes. septimo quoque die calda vervenacia bene fotum veretrum [ipse], in folliculum ipsum veretrum subicies, et contra eum spongiolam caldam religa sic, ne procidere possit. si sanum non fuerit 731
et propendens veretrum habebit, sic curabis. depones

---

5 maneat | post pridie ‖ 8 ut perurat ‖ 10 additum ‖ 15 qualem: qua flemine sarcina *B* ‖ 16 madido ‖ 17 ciberis ‖ 20 scatuere ‖ 22 in vino? ‖ 25 feruenaciam ‖ 26 sequentia copo ‖ 27 tramen? ‖ 29 totum | ipse: ibis *B* | felliculum ‖ 31 *supra 680* ‖ 32 perpendens

iumentum et eum veretrum prope folliculum lino ligabis valido, deinde ferramento praecides et cauterio candenti praecisuram adures. ideo autem lino antecessus alligas, ne praecisus intus refugiat et venae sanguinis fluxum praecludere non possis. sic tamen observabis, ne eum foramen, qua urina emanare consuevit, aduras. post ustionem axungia vel butiro locum perfricabis. sanum fiet.

732 CV De suffusione et *cr*ethiatione. quid est *cre*thiatio vel suffusio? repentina corruptio sanguinis pedibus confusa, quae fit ex epifora nimia corporis, ex cruditate praesentis cibi vel ex itineris con*cal*factione et praesentis potum. hac ratione intemperantia corporis per cruditatem
146[r]a fervori suo ampliat*ur* ad impetum | sanguinis per liquorem. unde tenduntur venae, quae sunt in praecordiis posita*e* [et] totius corporis matrices, a corde descendentes in pedibus, a quo loco commeatur sanguis per totum cor-
733 pus. ardori nimio cordis ex rebus s. s. liquor sanguinis in impetum corporis per potum frigida percussus vel quo a*li*enatus decurrit in inferiores partes pedum. maxime in prioribus alienat *h*as partes ungularum, quae sunt per separationem corporis coniunctae. ibi venae omnes in ungulas descendentes finitiones habent. ex qua derivatione venarum corporis sanguinis ungulae alien*at*ae tenduntur, nervi in pedibus stupescunt, musculi febribus spasmantur et fit immobilis. quem si in eundem impetum iam in itinere cogas ambulare, omnis coniunctio ungularum
734 separata decadit et excaliglat. cui si non celeriter sanguis de coronis laxatur, inter ungulam et malum blateiat alienatus sanguis et facit non minorem podagricum. unde travertuntur ungulae et crescunt. ex quo ardore concludunt et constringunt malos. ex quo punctionem et

---

3 antecessus = in antecessum ‖ 8 tethiacione | ethithiacio ‖ 11 conadfactione ‖ 13 ampliatam ‖ 15 posita ‖ 18 quo = quoquo | *sq.* quo abenatus: coadunatus *B* ‖ 20 alienatas ‖ 23 alienae ‖ 27 *i. e.* excaligulat = excalceat ‖ 28 malum: mallonem (*cf. supra 111*)? μαλλόν *B* talum? ‖ 29 minorem = minus? minore noxa *B* ‖ 31 talos? *cf. ad l. 28*

dolorem interius semper praestant. unde et †gradus in ipsis ungulis demonstrant. ex quo intelliguntur extrusiciae ungulae esse. qui dicuntur cretici ab ordeo, quod videatur a cruditate ordei id vitium plerisque accedere. suffusio autem dicitur, quae a potu contingit, quae multo levior est cretiatio. quare necesse [est] habebimus in omnibus propter id vitium, ne contingat, hoc observare: **735** ordeum novum ne dederimus nisi maceratum mero vel posca vel aqua, ut infringatur virus novitatis, viriosa enim res est. multo tamen ‚viriosius in eandem causam concitandam invenitur triticum et farinam consparsam. quanto plus quisque ediderit, tanto periculosius et gravius suffundet. curabis autem calidum ab itinere non adaquare nec cibaria adligare, sed si festinantia exigit, paleam offerre, donec se corpus componat. propter quod **736** deambulationem diutius facere oportet, donec totius sanguinis fervor et follicatio corporis se temperet. et tunc securiter cibaria vel potu offerre debemus, vel nunc ante advenienti natationem frigida aequo modo vel fomentum praestare, quae res vel maxime aestuabundis corporibus necessaria est, aestate magis propter stegnosin corporis. advenienti ab itinera merum dare oportet propter fatigationem inanitatis et nervorum laborem. nervi enim mero accepto gaudent et fortiores fiunt. sed febricitanti hoc facere non oportet. gravat enim corpus et calore concitat. **737** quibus necesse erit sic plurime subvenire posca non acra et pulegio, | tardius *et* nares fovere. quae res valde 146ʳb refrigerat et impetum febris et pulmonem sedat et reficiat corpus. haec omnia s. s. contemnere potes, si prima aetate iumentum consueveris omnia contraria facere. quam rem plurime salubrem militares equi propter expeditione

---

1 ragadios *B* ‖ 6 creciatico quae ‖ 9 virtus ‖ 10 utiliosius ‖ 11 conspartam ‖ 14 adligare = adlegare ‖ 17 follicio ‖ 19 nationem ‖ 20 abstu habundis ‖ 21 stegnos in: = *στέγνωσιν* ‖ 22 merdare ‖ 26 si: si plurime = ubi plurimum *B* ‖ 27 tardium sed ‖ 29 potest ‖ 30 aetate *B*: et ante ‖ 31 militari sequi | ex pricione

consuescere debent. qui tamen si in *suf*fusionem inciderint vel cretiaverint, sic curantur recenti. primo die vel 2° sanguis de coronis detractus, sexto die hac re sanum fiet, si frigida fomentetur aestate, tamen hiberno calda.
738 quem abstinere oportet ab ordeo et a potu, cui exig*u*um utrumque dabimus. et in auram maneat aestate. tunc enim venae constringunt et rursum liquor sanguinis caloris beneficio in pedibus se derivat. et sanum factum paulatim per plures dies ad iter redeat pristinum. escae modum revocabimus quarto die vel V. si suffusio tardius ex s. s. cura sanatur, hi sunt, quibus post sanguinis detractionem in ungulis fomentum fervens furfures vel ordei imponit*ur*, ut illa pars sanguinis corrupta per glaciem, in ungula exclusa quae permanserat, calore nimio dissoluta, ab ungulis exclusa, per venas digeratur. ita enim
739 sanum fieri potest. si qui ex hac cura [et] diligentius s. s. sani fieri non potuerint, semissare eos oportet, sicut iam notum est aput omnes veterinarios. melius autem nimis cretiaticos curabimus, si stremmam totam calliciem de ungulis tollamus. ita *non* ia*m* blateiat sanguis ex omnibus venis in pedibus, quae sunt solutae, et ungulae circuitus, quae constrinxerat, laxatur. sic ad sanitatem perveniunt. omnia si*c* autem vulnera semissation*um* et stremmae curantur aceto et oleo et medicament*is*, quae iam apud om-
740 nes nota sunt. quare autem cretiatici interdum frigida . . . foventur temporibus, scire oportet. cretiaticos autem hiberno ideo calda fovemus et in fomentum ungulas mittimus propter stricturam et stuporem nervorum et glaciem sanguinis solvendam. quotiens enim venae caldae locis suis nervis temperamentum ministrant, tunc et ipsos nervos molliores praestant. propter hoc et aestate fervor sanguinis et
146^{v}a solutio nervorum frigida fotus refrigerio constringitur. |

---

1 fusionem ‖ 5 exigum ‖ 10 revocavimus ‖ 13 imponiter ‖ 18 *sq.* cretiaticos nimis: *transposui* ‖ 20 non iam *B*: omnia ‖ 23 si | semissationem | streme ‖ 24 medicamentum ‖ 26 *suppleo* interdum calda | ⟨variis⟩ *aut* ⟨pro⟩ temporibus *B* ‖ 32 *subscr.* Explicit liber Septimus

LIBER VIII.

1 de diligentia equorum 741
2 de concipientibus
3 dentitio prima
4 asini conceptus
5 de geminis
5*a* de cura
6 equarum partus
7 de abortu
8 de clauco
9 de *hetero*pod*es*
10 de Parthos
11 *deest*
12 de concipientibus
13 scientes partum
14 de praegnantibus
15 de partu
16 de abortu
17 si mortuum feret
18 de mictione
19 si parere non potuerit
20 de expurgatione
21 si exilierit
22 de expurgatione
23 si concipere non potuerit
24 de pullo mortuo 742
25 si parere non potuerit
26 de verginali
27 de praegnantibus
28 si volueris praegnantem fieri
29 si non potuerit
30 in verginale vulnus
31 si prurire *co*eperit
32 vermes in verginalem

---

11 etheros ‖ 33 conceperit: *corr. infra*

33 si volueris praegnantem fieri
34 si eicere volueris
35 si strophum tenuerit
36 de secundis
37 de purgatione
38 de vulva
39 de purgatione
40 ut supra.

743 I Labore et diligentia tam equarum quam equorum et omnium iumentorum nationes et genus magis quadrigariorum ostendere volui. propter quod multis auctoribus inspectis et quae ad equorum genus pertinuit secretis
146^{v} b singulorum sensus et | motus animae in unum contuli et ex his epit*o*ma feci et omnia, quae dispers*a* fuerant in e*is*, naturali ingenio plenius per hunc librum docui, ne quo errore pastor generis equini decipi poss*it*. nunc genera partus et vices mensium et genus, ne facile inpones aut ne tricare velis, rationem dicere oportet. nihil enim vacuum esse . . . scias.

744 II Initium partus primum concipientibus, et qualem aetatem ut applices, ventrem ut ferat, et quale sexu ut imponas, et quo tempore. bimam aut trim*a*m in equa*m* impone, equo autem trimo vel magis quadrimo. hic equus usque in annos XV idoneus in admissuram erit, potest et usque in XX. sed post annos XV non tam optime generat. sed ante mensem, ut concipiat, ea equa saginanda erit per dies XXX. calfacienti tamen nunquam imposueris.

745 III Dentitio prima totum corpus commovet fervorque in artus calor*e* subito sanguinis commotus toto corpore excitat venas et tumescet matrix. tunc vulva nihil continet, quoniam in fervore est, nihil capiet, proiciet magis. sim*ul* qui*n*quennis cum facta fuerit, licet equo inponas

---

14 epithima | disperso ‖ 15 eo ‖ 16 possint ‖ 18 netricare ‖ 22 *cf. Colum. VI 28* | trimatum | equa ‖ 23 hiis ‖ 29 caloris ‖ 32 similiter quiquennis

aut asino si volueris, continere *poterit*, pariet. sed quare ex equo primum ut imponas volo? si ex equo imposueris, mensibus X partum feret, ex asino autem mensibus XII. initio vulva primo tenera est et brevis. primum autem [si] ex equo si imposueris, non magis sanguis equi fatigare potest matricem, quoniam X mensibus *in* ventrem feret, a primo tempore conceptus non fatigat vulvam.

IV Nam asini conceptus magno labore mensibus XII portatur. et incipiet a primo fatigata nunquam bene generare et citius senescit et gracilis fiet et incipiet difficiliter concipere. quidquid generaverit, turpissim*a* semper et angulosa et inaequalibus dentibus minus valentia, et ipsa nec plures pariet. 746

V Equa geminos *si* primo partu exposuerit, similiter senescunt, similis partus dabunt: erunt *a*equales, ambulare inutiles. nec separari his vitia nec tolli scias, nisi permiseris, *ut* vacet longo tempore et adhibeatur huic summae curationis ordo. primum fomentum renibus apponito, quoniam hoc tenentur vulvae et vesicae v*e*nulae. et hoc fomentum sic facito. sumito salis semodium et fricito et in sacco mittit*o* et super lumbos leviter apponito *m*anumqu*e* subtus mittito et calorem sufferto. ita poterit sustinere. | 747

147r a

V*a* Et hanc utilem curam facies. ficum battitum ℥ III, huic admiscito magma croci ℥ et temperato vino austero et in naturalia loca exprimito vel apponito. cibariam dabis hanc per dies XXX. ervum commixtum, columbin*um* stercus aequa mensura mixtum, per dies singulos sextarios singulos in cibaria dabis. haec si curaveris facere, semper optime valebit et partus dabit. 748

VI Equarum partus et fetus disponere sic observato, et nunquam te fallis. genus sic coniungere oportet. 749

---

1 asina | continere ⟨poterit⟩ *B*: contendere ‖ 6 in *addidi* ‖ 11 turpissimam ‖ 14 si *addidi* ‖ 15 equales ‖ 17 ut *supplevi* ‖ 19 vel nullae ‖ 21 mittitur ‖ 22 anum quae: *corr. B* ‖ 24 battitum = battutum ‖ 27 columbinorum ‖ 29 curaberis

aurigam vetulum in equa iuvenc, aut vetul*a cu*m equ*a* est, aurigam iuvenem imponito.

750 VII De equarum abortus et mixtiones naturaliter quemadmodum debeant facere, et quando, quod appellatur graece ochiai, necesse erit scire te et hoc. quicunque equus habuerit in oculum album, quod non erit plaga factum, sed naturaliter claucus, eorum admissura non erit utilis. sed it*erum*, cum maturum fuerit, ad consuetudinem revertetur. ex eo autem si [ex] equa nata fuerit, e*a* id vitium non habebit, propter quod annot*in*am purgationem habet. sed quod ex ea equa natum fuerit, id
751 caecum erit aut fiet. quodquod enim ex semine languido concepti erunt, necesse habent quoniam ad naturam paternam seminis reverti... hi quidem nec admittere debent, qui uno testiculo erunt. plerumque enim sine semine sint, et si contingit eis seminare, similes sibi creant. quodquod enim similia eis qui habent vitia, admittunt seminare, ipsi se decipiunt. necesse habebit eum ad vitium paternum seminis reverti. nam hi, qui in his seminant, qui unum
752 testiculum habent... quorum praependebit, naturale vitium appellant.. qui erunt semper inutiles. oportet enim sine vitio esse eum, quicunque ad seminandum mittitur equus.

---

1 iuvenem | vetulam eque est ‖ 3 *sq. H 53, 23 ζητοῦντος ἐκ τίνων δεῖ καὶ ποταπῶν τὸ ὀχεῖον ποιεῖσθαι, ἀναγκαῖον εἰδέναι σε καὶ τοῦτο· τῶν ἐχόντων ἐν τῷ ὁρατικῷ λεύκωμά τι οὐχ ὑπὸ πληγῆς ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτομάτου, τούτων οὐ δεῖ τὰ ὀχεῖα λαμβάνειν. ζῳογονηθὲν γὰρ καὶ ἐλθὸν εἰς τὴν αὐτὴν ἡλικίαν πηροῦται ὡσαύτως. τῇ δὲ ἐκ τοῦ τοιούτου ἱππάδι γενομένῃ οὐ γίνεται τοῦτο διὰ τὸ ἔχειν αὐτὴν ἐνιαυσιαίαν κάθαρσιν. τῷ δὲ ὑπ' αὐτῆς γεννηθέντι ἄρρενι ὡσαύτως συμβήσεται. ὅσοι δέ εἰσι δυσκατάρτιστοι ἐν τῇ ἐπιβάσει καὶ νωχελεῖς, ἀποκριτέον καὶ τούτους, ἥσσονας ὄντας ἐν τῷ ἔργῳ. καὶ τοὺς μονόρχεις δὲ οὐ δεῖ παραλαμβάνειν ἀγόνους ὄντας κατὰ τὸ πλεῖστον ἢ ὅμοιον γεννῶντας. καὶ ὅσοι δὲ κατὰ τῶν διδύμων κρισσοὺς ἔχουσιν, οἳ λέγονται κρισσοκάβωνες, ἄθετοί εἰσι. δεῖ γὰρ τὸν ὀχευτὴν ἄρτιον εἶναι κεχωρισμένον παντὸς αἰτίου.* ‖ 7 claveus ‖ 8 seditur ‖ 10 et | annoticia nam ‖ 13 quoniam: quondam *B* ‖ 20 *sq.* nam hi, quorum praependebit natura, quale vitium appellant ⟨*κρισσὸν*⟩, erunt semper inutiles *B*

VIII Nam et hoc docere oportet. quodcunque iumen- **753**
tum unum oculum claucum habent et alterum limpidum, scito eos non de ambobus oculis videre. [IX] Quemadmodum hi qui alterna genua habent, qui appellantur graece *h*eterosceles, item qui alternos *p*edes habent, qui appellantur graece *hetero*pod*es*, hi enim non possunt rectam ambulationem facere nec cursu*m*, *ita*que et subinde deficiunt: similiter et hic non potest de utrisque oculis videre, qu*i* alternos oculos habent, relinquitur enim subinde a pupilla. qui e*tia*m sunt dolosi et subinde ex|pavescit propter **147**r b
id vitium, quia non idem vident. nec hi admittendi non erunt ad ammissuram. [X] Part*i* quidem *h*os, qui *ea* vitia **754**
habent, [et] ex*is*timant esse generosos, quia videntur aput eos priores nati esse. quodquod autem excelsi *e*qui et formosi natura videntur esse, et hi videntur ibi primum nati esse, propter quod et a*nt*iqu*i* *eius* regionis ipsos equos Partos appellabant. [XI] Doceo autem et hoc. quodquod **755**
iumentorum pravas facies afferunt aut ipsa orificia aut si qui super oculos aliquam pravitatem habent, isti plerumque naturaliter diuturno in vita morantur.

XII Et de hoc quidem scribere oportuit fieri ad Sar- **756**

---

1 *sq. H 53, 5 sq.* *οἱ ἑτερόφθαλμοι τῶν ἵππων οὐ τὸ αὐτὸ βλέπουσι τοῖς ὀφθαλμοῖς. ὅνπερ γὰρ τόπον ὁ ἑτεροσκελὴς καὶ ὁ ἑτερόπους σκάζει καὶ λείπεται τῷ περιπάτῳ, οὕτω καὶ οὗτοι τῷ ὁρατικῷ. εἰσὶ δὲ καὶ πονηροὶ καὶ ἐπτοημένοι διὰ τὴν ἑτεροφθαλμίαν. παραλαμβάνουσι δὲ αὐτοὺς Πάρθοι ὡς εὐγενεστάτους. δοκοῦσι (δοκεῖ trad.) δὲ παρ' ἐκείνοις πρώτοις γεγενῆσθαι. καὶ ὅσοι δὲ ποικίλοι τῷ χρώματί (legitne Chiron ὑψηλοὶ τῷ σώματι?) εἰσι, καὶ οὗτοι δοκοῦσι παρ' ἐκείνοις πρώτοις γεγονέναι. διὸ καὶ οἱ ἀρχαῖοι Πάρθους αὐτοὺς ὠνόμασαν. ἴσθι δὲ καὶ τοῦτο ὅτι τῶν ἵππων οἱ ἀλφόρυγχοι καὶ ἀλφοπρόσωποι καὶ περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ⟨ἀλφοὺς⟩ ἔχοντες, οὗτοι ἀπὸ τῆς γενέσεως εἰς τὸν καταγηρασμὸν πολυχρονιώτεροί εἰσιν.* ‖ 5 etheros celesitem | sedes ‖ 6 et hepodus ‖ 7 cursunt quae ‖ 8 que ‖ 10 etiam *B*: enim ‖ 12 partem quidem os quieta ‖ 13 extimantes se ‖ 14 qui: *corr. B* ‖ 16 antiqui ⟨eius⟩ *scripsi*: aliquis ‖ 21 *sq. Mill. p. 81* *φλβ' εἰδέναι σε θέλω γίνεσθαι παρὰ Σαρμάταις (παρμάταις cod.) ἐνίους καὶ συμβαίνειν ἀπὸ τῆς γεννήσεως εἰς τοὺς ιδ' μῆνας παραγινομένην τὴν ἱππάδα (ἱππίδα trad.) κίνησιν ἔχειν*

matas naturaliter, equa cum facta fuerit mensum XIIII, naturalem purgationem eis contingere et statim desiderare mixtionem masculi. qu*ae* cum tetigerit masculum, statim praegnantes fiunt. similiter XIIII mensibus fetum ferunt. et cum pariunt, dolores ingentes patiuntur usque eo, ut clamores ingentes faciant. et cum pepere*r*int et viderint, quod ex eis natum est, timent et fugiunt. propter hoc induntur loco tenebroso et fetum eorum udabis loteo materno et sic eis offeres. quae cum id viderint, appetunt et amant. dicitur autem et hoc observandum esse:

757 [XIII] Qu*ae*cunque praegnans est equa et uber dimiserit ad *d*exteriorem partem [vidi], masculum parituram intelligo. sed *si* sinisteriorem parte uber dimiserit, feminam parituram scies.

758 [XIV] Hoc autem intelligere debes, ut si casus equa dum ambulat, aliquo loco super herbam mixerit, oportebit eum locum observare usque in altero die. et si loteum eius siccum inveneris, scias eam praegnantem esse. nam cum abortum facit, ibi [ei] eius signum abortus e*x* sporcitie invenies.

759 XV Equa pariet post conceptionem post menses XI

τῆς κατὰ φύσιν καθάρσεως καὶ προίεσθαι τὸν ἄρρενα καὶ συλλαμβάνειν καὶ κυοφορεῖν τὸν ἴσον ταῖς ἄλλαις χρόνον καὶ ζωογονεῖν. τίκτουσαν δὲ πόνους ἔχειν μεγάλους, ὥστε κραυγὰς ἀποτελεῖν καὶ μυγμούς (νυγμούς trad.). κυήσασα δὲ καὶ θεασαμένη τὸν νεογνὸν φεύγει ἀπ' αὐτοῦ καὶ φοβεῖται προσελθεῖν. συγκλείουσιν οὖν αὐτὴν εἴς τι περίφραγμα καὶ προσφέρουσιν αὐτὸ καθαρίσαντες καὶ εἶθ' οὕτως πείθεται τιτθεύειν καὶ τελειοῦν. λέγεται δὲ καὶ τοῦτο παρατετηρῆσθαι αὐτοῖς, ὅταν ἐπιτέξῃ ἡ ἵππος καὶ τὸ οὖθαρ προχαλάσῃ μᾶλλον ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους καὶ τὴν θήλην, ἄρρεν αὐτῇ γίνεσθαι· ἐὰν δὲ τὸ εὐώνυμον, θῆλυ γίνεσθαι. ὀχευομένη δὲ ἡ ἵππος ὅταν οὐρήσῃ ἐπὶ βοτάνης τινός, παρατηροῦσι τὸν τόπον σημειούμενοι, καὶ τῇ ἐπαύριον ἐὰν εὕρωσιν ἐξηραμμένην (εὕρωσι κεξηραμμένην cod.) τὴν βοτάνην, συνειληφέναι λέγουσιν αὐτήν. ὅταν δὲ γένηται ὠμοτοκῆσαι (ὠμοτεκῆσαι cod.) τὴν ἵππον καὶ ἐκτρῶσαι, χαίτην ἔχων (sc. ὁ τόπος) οὐ ῥᾴδιον περιγίνεται ‖ 3 qui ‖ 6 peperint ‖ 11 quodcunque ‖ 12 exteriorem ‖ 13 si *addidi* ‖ 18 et ‖ 20 *Mill. p. 93 χκθ' ἵππος τίκτει ἀπὸ τῆς συλλήψεως ἐν μησὶ ια' (ι' cod.) καὶ ἡμέραις ι'. ἐὰν δέ ποτε συμβῇ τάχιον κυῆσαι μῆνας ἔχουσιν θ' καὶ ἡμέρας κ', ἀνατρέφεται τὸ τοιοῦτο καὶ*

et dies X. quod si contegerit, ut [si] celerius pariat, habebit pullos *post* menses IX et dies XX. quod ex ea natum est, diligenter nutriri oportebit. secernes de grege, idem facies et si femina fuerit. non enim erit diuturnae vitae.

XVI Necessarium autem debeam et hoc scribere, in- **760**
maturos abortus. saepissime enim non erit equae utilem perferre fetum, si ex malo genere conceperit. quam oportebit fatigationibus | fatigatam ... ex ea expellere fetum. 147ᵛa

[XVII] Oportebit autem verginalem eius manu tractare et **761**
[si] ipsam vulvam. et si pullus se offeret... et potueris eius orificium prendere, et suffocabis et ipsum caput manu confricabis. quod si tenerum fuerit, ipsum pullamen expellere oportebit. medicamento hoc sumes: taedam pinguem, quam facies minutam valde, et adicies ei vini cotulas VIII dulcis et exfervefacies, donec ad tertias decoquatur. et ex hoc suffundes diebus tribus et facias, ut currat non quadrupes, et ne si intumetur. dicitur autem et herbam brioniae radicem contritam.. ex vino ei similiter suffundes.

XVIII Et si quando contigerit equa difficiliter posse **762**
meiare, adiunges ei equum salacem et propter eum. quae dum conatur cum eo natura miscere, continuo meiet. haec est demonstratio eorum morborum et curatio.

τελειοῦται. ἀποκρίνουσι δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀγέλης, καὶ ἐὰν θήλεια γένηται, ποιοῦσι λειπόχρονα. cf. H 58, 8 (Hieroclis) ‖ 1 vel ‖ 2 post *add. B* ‖ 3 si cernes ‖ 5 *H 57, 4 χρήσιμον εἰδέναι σε τὰς τῶν ἐμβρύων διαφθοράς. πολλάκις γὰρ οὐ λυσιτελεῖ διενεγκεῖν τὴν ἵππον, ἐὰν κακογενὲς ὀχεῖον ἐπιβῇ, ἢ πρὸς ἀγῶνά τινα γυμναζόντων ἡμῶν αὐτὴν κυήσῃ. δεῖ δὲ κατὰ τοῦ αἰδοίου ἐνθεῖναι τὴν χεῖρα καὶ παρεῖναι εἰς τὴν μήτραν. καὶ ἐὰν μὲν δὴ λάσιον ᾖ τὸ πωλίον, λαβόμενον τοῦ στόματος ἀποπνίξαι καὶ τὴν κεφαλὴν ἐνθλίψαι. ἐὰν δὲ ἀπαλὸν ᾖ τὸ ἀμνεῖον, διακνίσαι αὐτό. φαρμάκῳ δὲ διαφθείρεται οὕτως· λαβόντα δᾷδα ὡς πιοτάτην ποιῆσαι λεπτὰ ὡς μάλιστα καὶ ἐπιχέαι οἴνου γλυκέος κοτύλας η΄ καὶ ἀναζέσαι, ὥστε τὸ τρίτον ἀφεψηθῆναι, καὶ τοῦτο ἐγχυματίζειν ἐφ᾽ ἡμέραις τρισὶ διαιροῦντα, καὶ τροχαζέτω μὴ συντόνως. λέγεται δὲ καὶ βρυωνίας τὰς ῥίζας τρῖψαι ἐν οἴνῳ καὶ τὸ αὐτὸ ποιεῖν* | innaturos ‖ 8 fatigatum ‖ 11 suffricabis: *corr. B* ‖ 13 piguem ‖ 17 intumetur = tumet? ne stimuletur *B* ‖ 18 *supple* prodesse ‖ 19 *supra p. 150, 27* ‖ 20 propter eum: protervum *M*

XIX Equa parere si non potuerit, nares ei comprimito sic, ne suffoces, et pariet.

763 XX Equa si mortuum eicere non potuerit, feniculum manipulum decoquito in aqua eminam et oleo ~~ss~~ III, haec suffundito per os. ita celerius eiciet reliquas et secundas.

XXI Equa loca si exierint, fossam facito et caput ei statuito, lumbos extolle quam altissime et manum siccam in verginali obicies. nam si quid unctis tetigeris, propter laxitudinem loco manere non potest.

764 XXII Equa si pepererit et non purgavit et tempus aliquod intercesserit, des maxime, si habueris, vini flos, si minus, ervi moliti sextarios III et ex vino albo leni fiet, spinae albae manum plenam conteres et per lenteolum colato. exprime eadem, misceto et ex ervo infundes per os ei. ita curabitur. postero die admoves. sanum fiet.

765 XXIII Equa si non conceperit neque tenere potuerit, sub divo eam statuito et aridam paleam aspargito bibere aqua maceratam. sub divo hoc facito per dies numero XXX.

XXIV Equa si eicere voluerit et pullus in ventrem morietur, manum oleo perungito et prendes scalpellum et mittito *in* virginalem. et laxiorem pullum *cum* habebit, primum praecide caput, deinde priores pedes, simul et tende
147^{v}b pullum et subige oleo et aqua et in | priore attende.

766 XXV Equa parere si non potuerit, ex aqua tepida et oleo virginalem lava, dextram et sinistram a latera, simul oculos servato pulli, et ita pariet.

XXVI Equa si virginale mundum habuerit et concipere non potuerit, semel maxime admittito sed rigorissima tempestate, ut concipiat neve laxet. si minus, converberato virgis et ita ad eam admitte, deinde agitato vehementissime.

---

1 *H 59, 22* (*Eumeli*) ‖ 12 dies | habuerit ‖ 13 molliti | vini ‖ 16 admones ‖ 19 aquam ‖ 23 in *addidi* | cum *addidi* ‖ 27 a latera: dilata *B* | siml' *sic*: similiter? ‖ 30 rigorosissima?

XXVII Equam si volueris scire, an praegnans sit, duc 767
eam ad equum. si mixerit, praegnans non est, si non,
erit, adfricabit.

XXVIII Equam si volueris praegnantem fieri, picem,
malum, lasar Si*riac*um, sa*l*mentum, ecinum, scillam, haec
impones ex vino.

XXIX Equa si praegnans esse non poterit, titymalum et 768
lasar, salmentum, ecinum, scillam teres. haec impones ex vino.

XXX Equa si in virginale ulcus factum est aut ex
alia re si laboravit, ceram ex vino et oleo coque et
perunge ea loca, quae vexaverint.

XXXI Equa si prurire coeperit virginalem, s*i* in-
spicies, nec equibit nec praegnans erit, vino nigro
sublues virginalem.

XXXII Vermes si habuerit, in verginale premito ei
rafanos, et efficies.

XXXIII Equam si praegnatam fieri volueris, nitrium 769
et stercus passerinum bene conterito cum resina termantica, bene compisato et ad loca imponito.

XXXIV Equa si eicere volueri*s*, malum terrae et mur-
ram bene conterito et imponito. eiciet.

XXXV Equa si prae*g*nans fuerit et strofos e*t*iam ten-
diderit, su*mito* cyprina cum murr*a* ℈ semis, eam miscito
in vino quam lenissimo et infundis per narem dextram.

XXXVI Equa secundas si non eiecerit, sumes spar- 770
team soleam et combures loco mundo. et cum combusta
fuerit, sumes cinerem eius et cum vino et oleo ia*i*un*a*e
per os dabis.

XXXVII Equa si pepererit et non purgaverit se, ra-
dices porri capitati decoques in tertias ex aqua cisternina,
addes murram trigoniten quod satis est, et misces cum
aqua cisternina decocta ciatos sex et vini ciatos III. per
triduo ieiunae dabis.

---

5 siculum | sarmentum | ecinum = *ἐχῖνον* ‖ 12 sic ‖ 20 voluerit ‖ 22 praenans | strofose iam ‖ 23 sub imo | murre ‖ 26 soleam: *cf. infra p. 245, 12* ‖ 27 *sq.* iaumeperos *sic*: *corr. B*

[illegible] 71 [illegible]

71 [illegible] in [illegible] descende [illegible]
72 [illegible] deinde pro[illegible] [illegible] imponens [illegible] post diem XII [illegible] quae sic operit[illegible]
73 [illegible] qui sunt [illegible] purgatione [illegible] minutum [illegible] deinde commodes [illegible] hoc dabis [illegible] pullis dabis purgabunt [illegible] mamillas accedit dabis [illegible]

[illegible] συμφέρει [illegible] praecenderis | 3 sicut | 4 [illegible] B [illegible] rigentem B | 9 caldes: = in[illegible]: [illegible] B | 11 sq. et punge bessica (= vesicam), quam [illegible] B | 12 operiantur | 14 legiti[illegible] = [illegible] cf. supra p. [illegible] 34; proprium viri nomen [illegible] B | 15 minutum | 16 spandes | 17 admittebis | 18 autem

autem admiscemus salem, ut possit iumentum ad salsitudinem purgationem hanc uti.

XL melius autem et furfures triticias quam salem. 774
dabis autem hanc purgationem mense uno luna XV.
hoc autem quinto quoque die ei dabis usque ad plenilunium.
quod cum purgatum fuerit, scabia eum non prendit et
omnes effugit languores.

LIBER IX.

Corporum et dentium doctrina haec sunt. 775
dentes sic cognoscis. equus male praenatus *si* erit,
primos deiciet dentes annorum duum et mensium sex, et
tunc nascuntur ei colomellares. sed si in annis continuis
duobus et mensibus sex dentierint, optimi equi sunt, us-
que in annos octo. postea rumpunt dentes, et apparent
brumatici, et fiunt salebrosi et tunc senescent in aliis an-
nis VIII. sed vivere possunt usque in annos numero 24^{or}.

equus bene p*raena*tus si erit, primos deiciet dentes 776
post annos duos, et secundos alios post annum. deinde
interiit | annum et nascuntur ei colomellares, omnes dentes 148^{r}b
compleminales annis duobus et mensibus decem. s*unt* qui
equi addunt sibi usque ad annos VIII. sed optimi sunt
usque ad annos X. deinde strophosi fient et acutiores et
breviores. usque in annos X optime uteris. postea
senescunt in aliis annis XII.

equus omnino dentes habet superiores et inferiores 777
numero XL, sed asinus et mulus habent numero XXX,
praeterquam appendices. sed numerabis, si non utrisque

---

3 aquam? ‖ 4 XV: nova? ‖ 7 *subscr.* Explicit liber octavus. Incipit liber nonus bonae fortunae ‖ 9 *cf. Varro rr. II 7, 2 et quae ibi annotavit J. G. Schneider* ‖ 10 fuerit ‖ 15 brumatici = brocchi | salibosi ‖ 16 bibere *sic*, vivere *in marg.* ‖ 17 pedatus ‖ 19 interiit = intericit (*i. e.* intericitur) ‖ 20 sunt *B*: si ‖ 25 *H 227, 28 τοὺς πάντας δὲ ἔχει τεσσαράκοντα ἐκτὸς τῶν προσφυῶν. ὄνος δὲ καὶ ἡμίονος τριάκοντα ἓξ καὶ τὰς προσφυάς*

771 XXXVIII Equae vulva si proceciderit, sic succurri debet. equam supinam sic ut caput eius supinum sit,
148r a deinde fovebis | fovitionibus caldis ipsam vulvam et punges illam acu tenue, deinde vinum austerum et *a*murca *a*equalibus partibus et olei partem dimidiam in uno decoques.
772 quibus decoctis adicies ei haec in virginali. deinde prendes vesicam qualibet recentem, in quam adicies folia lauri, combures, cum vino nigro austero miscebis et in vesicam calces et colabis et coicies in virginalem . . . impones, et sic eam admittes per dies numero XII. post diem XII solves eas fibulas et perungebis. sic aquam intro coicies et siccam eximes. curabis autem, ut et bene cibetur, quae sic oper*a*tur.

773 XXXIX Purgationem iumenti ad eos, qui sunt in grege legitimari, quemadmodum curentur purgationibus his. cucumeris silvaticae radices concides minutim et in sole *ex*pandes, ut aridum fiat. deinde contundes et huc admiscebis nitrium contusum et salem. hoc dabis praeterea praegnantibus equabus, aut pullis dabis (purgabuntur ex hoc), et pullo qui ad mamillas accedit dabis. ideo

---

1 *H 57, 20 χάρις τῷ εὑρηκότι ἐν ταῖς θηλείαις τὸ περὶ τὴν μήτραν βοήθημα, λέγει γὰρ βοηθεῖν οὕτως. ἐὰν ἐκπέσῃ μήτρα, κατακλῖναι δεῖ τὴν ἵππον, ὥστε ὑπτίαν κεῖσθαι ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ῥέπουσαν, καὶ καταντλῆσαι ὕδατι θερμῷ πολλῷ τὴν μήτραν, καὶ κατακεντῆσαι αὐτὴν ῥαφίδι λεπτῇ, εἶτα οἴνου αὐστηροῦ καὶ ἀμόργης ἴσον καὶ ἐλαίου τὸ ἥμισυ καὶ σίδια ἐν τῷ αὐτῷ ἑψήσας ὡσον ἕως, εἶτα [τὴν] κύστιν λαβὼν ἐντίθει καὶ ποίησον αὐτὴν πεφυσημένην ἐγκεῖσθαι, καὶ ἀπόδησον αὐτὴν, ἵνα τὸ πνεῦμα κατάσχῃ. καὶ τὸ αἰδοῖον ἐπίδησον τρὶς ἐκ διαστήματος, ἵνα ἡ μὲν κύστις ἔνδον μείνῃ, τὸ δὲ οὖρον ἐκκρίνηται. ἔγχει δὲ καὶ δάφνης φύλλα κατακαύσας μετὰ οἴνου μέλανος αὐστηροῦ, δώδεκα δὲ ἡμέρας διαλιπὼν τὸ ῥάμμα ἕλκε καὶ τὴν κύστιν κέντησον. καὶ τοῦ πνεύματος ἐκπεσόντος ἔξελε αὐτὴν καὶ τὴν ἵππον καλῶς τρέφε μετὰ ἡσυχίας. συμφέρει γὰρ αὐτὴν εὐσαρκοτέραν εἶναι* | proaceciderit ‖ 2 sicut ‖ 4 murra: *corr. H* | eq̃lıbȝ *sic* ‖ 7 recentem: rigentem *B* ‖ 9 caldes: = inculces; claudes *B* ‖ 11 *sq.* et punge bessica (= vesicam), quam intro coicies, et sic eam eximes *B* ‖ 12 operiantur ‖ 14 legittimari: = admissarii? *cf. supra p. 8, 24; proprium viri nomen latere putat B* ‖ 15 minutum ‖ 16 spandes ‖ 17 admittebis ‖ 18 autem

autem admiscemus salem, ut possit iumentum ad salsitudinem purgationem hanc uti.

XL melius autem et furfures triticias quam salem. 774
dabis autem hanc purgationem mense uno luna XV.
hoc autem quinto quoque die ei dabis usque ad plenilunium.
quod cum purgatum fuerit, scabia eum non prendit et
omnes effugit languores.

LIBER IX.

Corporum et dentium doctrina haec sunt. 775

dentes sic cognoscis. equus male praenatus *si* erit,
primos deiciet dentes annorum duum et mensium sex, et
tunc nascuntur ei colomellares. sed si in annis continuis
duobus et mensibus sex dentierint, optimi equi sunt, us-
que in annos octo. postea rumpunt dentes, et apparent
brumatici, et fiunt sal*e*b*r*osi et tunc senescent in aliis an-
nis VIII. sed vivere possunt usque in annos numero 24^{or}.

equus bene p*r*a*e*natus si erit, primos deiciet dentes 776
post annos duos, et secundos alios post annum. deinde
interiit | annum et nascuntur ei colomellares, omnes dentes 148^{r}b
compleminales annis duobus et mensibus decem. s*unt* qui
equi addunt sibi usque ad annos VIII. sed optimi sunt
usque ad annos X. deinde strophosi fient et acutiores et
breviores. usque in annos X optime uteris. postea
senescunt in aliis annis XII.

equus omnino dentes habet superiores et inferiores 777
numero XL, sed asinus et mulus habent numero XXX,
praeterquam appendices. sed numerabis, si non utrisque

---

3 aquam? ‖ 4 XV: nova? ‖ 7 *subscr.* Explicit liber octavus. Incipit liber nonus bonae fortunae ‖ 9 *cf. Varro rr. II 7, 2 et quae ibi annotavit J. G. Schneider* ‖ 10 fuerit ‖ 15 brumatici = brocchi | salibosi ‖ 16 bibere *sic*, vivere *in marg.* ‖ 17 pedatus ‖ 19 interiit = intericit (*i. e.* intericitur) ‖ 20 sunt *B*: si ‖ 25 *H 227, 28 τοὺς πάντας δὲ ἔχει τεσσαράκοντα ἐκτὸς τῶν προσφυῶν. ὄνος δὲ καὶ ἡμίονος τριάκοντα ἓξ καὶ τὰς προσφυάς*

proportionem invenies. extra quae opera eius celerissime dat adiutorium, ne tardes. et dentibus nihil est, quod credas, ideo quod natura est iumenti, *ut* aliud ante tempus deiciet et aliud dentem post dentem trudet.

778 annorum et dentium notae cum corpore mutantur. dum bimus et sex mensium est, medii dentes superiores cadunt. cum quartum annum agit, his qui canini appellantur deiectis alios adferet. deinde *intra sextum* annum molares superiores et inferiores cadunt. sexto anno quos primum mutavit, exaequat. septimo omnes explentur aequaliter, ex eo cavatos [ten]dentes gerit. *nec* postea quod annorum sit, manifeste comprehendi potest. [post] decimo tamen anno tempora cavari incipiunt et supercilia nonnunquam canescere et dentes prominere.

779 haec quae [de] ad animum et mores corpusque et aetatem pertinent dicendum satis habeo. nunc incipiam probare iumentorum genera. probandi generis equini haec erunt honesti animi documenta. corporis vero forma constabit haec. exiguo capite, nigris oculis, *naribus* adapertis, brevibus auriculis et rectis, cervice molli lataque nec longa, sed densa iuba et per dextra parte profluxa, lato et [pro]-

780 musculorum toris [et] nervoso pectore, grandibus armis et rectis, lateribus inflexis, spina duplici, ventre substricto, testibus paribus et exiguis, latis lumbis et subsidentibus, cauda longa et setosa crispaque, mollibus atque altis *cruribus* [setiserit], tereti genu parvoque nec introrsus spectanti, rotundis clunibus, feminibus torosis, duris ungulis et altis et concavis rotundisque, quibus coronae [et] mediocres superpositae sint. sic universum corpus compositum, ut

---

3 iumentum | ut *addidi* ‖ 5 *Columella VI 29, 4 (ex quo omnia haec transcripta sunt) praestat auxilium* | nota ‖ 8 deiectos | intra sextum *suppl. Col.* ‖ 9 quo ‖ 11 cabatos tendentes | nec *Col.*: ut ‖ 15 *Col. VI 29, 2* ‖ 16 dixisse *Col.* | ab eo: *corr. B* ‖ 18 honesti animi documenta: *cf. p. 243, 3* ‖ 19 naribus *add. Col.* ‖ 21 profusa *Col.* | lata ‖ 22 toriis | numero pectore *Col.* | gradibus ‖ 25 cruribus *addidi*: mollibus (aequalibus *v. l.*) atque altis rectisque cruribus *Col.* | teseti genua ‖ 26 expectantibus ‖ 27 torsis: ac numerosis *add. Col.*

sit grande sublime et rectum, ab aspectu quoque agile et ex longo, quantum figura permittit, rotundum.

mores | autem laudantur, qui sunt ex placido con- **781** 148ᵛa
citatissimi et ex concitato mitissimi. nam hi et ab obsequiis reperiuntur habiles et ad certamina laboremque promptissimi inveniuntur. bimus equus ad usum domesticum recte domatur, certaminibus autem expleto triennio, sic tamen, ut post quartum annum labori committatur.

admissariorum genera probanda. admissariorum genera **782**
quae probari debeant, sic doceo. verum tamen ab aspectum non aliter probari debent, quam ut sint amplissimi corporis, cervice valida, robustis ac latis costis, pectore musculoso et vasto, feminibus lacertosis, cruribus compactis, colore nigri vel magillini. nam murinus cum sit in asino vulgaris, tunc etiam non optime respondit in mula. nec nos universa quadrupedis species decipiat, si, qualem probamus, concipiamus. nam quemadmodum arie- **783**
tum quae sunt in linguis vel palatis maculae, plerumque in velleribus agnorum deprehenduntur, ita si bicolores pilos asinus in palpebris aut auribus gerit, sobolem quoque frequenter faciet diversi coloris. qui et ipse, etiam *si* diligentissime in admissario exploratus est, saepe tamen domini spem decipit. nam interdum etiam citra praedicta signa dissimiles sui mulas fingunt. quod accidere non aliter reor [um], quam ut avitus color primordis semine mixtus reddatur nepotibus. igitur qualem descripsi asel- **784**
lum, cum est progenitus, oportet matri statim subtrahi et ignoranti equae subici. ea optime in tenebris fallitur. nam cum obscuro loco partu eius amoto praedictus pullus

---

1 erectum *Col.* | aspectum quoque agilem ‖ 2 longae | *in marg.* quantae longitudinis sicut rotunditas circularis ‖ 3 placito ‖ 4 concitati *Col.* | ad obsequia *Col.* ‖ 5 laborum patientissimi *Col.*, *sed cf. Pelag. 3* ‖ 9 *Col. VI 37, 6* ‖ 10 sic debeant doceo ‖ 14 coloris nigri vel maculosi (magilis *cod. Sangallensis*) *Col.* ‖ 15 respondet *Col.* ‖ 17 conspicimus *Col.* ‖ 18 liguis ‖ 19 sibi colores: discolores *Col.* ‖ 20 aribus ‖ 21 si *add. Col.* ‖ 24 sui *Col.*: sunt ‖ 25 eorum | habitus | primo dissimine

subiectus est, quasi ex ea natus alitur. cui deinde cum X diebus insuevit equa, semper postea desideranti praebet uber. sic nutritus admissarius equas diligere condiscit. interdum etiam, quamvis materno lacte sit educatus, potest a tenero pullo conversatus equarum familiariter earum consuetudinem appetere.

785 De coloribus et pilis maculisque mutandis.

iumentum ut colorem mutet, acaciae radicem *ex* aceto conteris et perunges totum corpus iumenti. colorem mutabis.

148ᵛb **786** iumentis ad pilum ut cadat et mutet colorem, | si album fuerit. sinape Alexandrinum et panacis radicem et lasar et coriandri folia ex aceto conteris et imponis et sic alligabis, ne solvi possit. postea curabis sic. aceto et oleo exaniabis et medicamento hoc uteris, carta combusta et adipe recenti vel suillo vel ovillo, postea acacia decocta ex aceto inpones.

787 capillos nigros inficere sic doceo. adipe suillum aut medulla cervina subiges in vaso plumbeo, deinde combures mustelam et eius cineres corpori iumenti, id est pulverem, aspergis.

pilum album nigrum facere. vel lanae texta comburis et nasturcium ex melle imponis, et nigrum fiet. primum pilum vellis, ne radix aliqua remaneat, et ex eo medicamento inponis.

788 pilum album rubeum facere. spuma argenti teres bene et calcem vivam ex loteo infantili vel ex aceto commiscens in sole calido maculas fricabis *eo* medicamento, rubeum fiet. ante tamen maculas lixivia lavabis.

ad pilos denigrandos. de nucibus grandibus botruos ex oleo coques, et cum ad tertias decoxeris, defricabis maculas albas, et denigrabuntur.

789 pilos albos ad colorem ut reddas. pilos albos velles et locum elut*r*iabis aceto et prendes mustas et cum carta

---

2 desiderat in ‖ 5 pullo *om. Col.* ‖ 8 et ‖ 22 vellana et exta: *corr. B* ‖ 28 eum ‖ 34 elutabis

combusta teris et commisces et loco inde imponis, ante tamen aceto locum elutriabis.

[in]de collo pili si saepius defluent, ut minime vernaculi sint radicis. corticem ex vino ad tertias decocto conterito. cum opus fuerit, saepius ungeto vel adipe ursino vel medulla cervina vel adipem suillum. et vino veteri et oleo veteri unges. 790

ad maculas tollendas. nitri p libra, adipe ursinum vel axungia vulpina calfacito in ollam novam et perunge iumentum. nitrum, sulfure vivum tere, cribellabis et sic commisces. 791

alapa in cervice ut piligeret. herbam barbatam et corticem de socco combures et teres ex adipe recenti suillo et axungia. inde cervici cottidie imponito, id est fricato. pilum eiciet ad colorem et spissiorem.

caudam si fricaverit ad parietem. caudam si fricaverit ad parietem et exulceraverit se, sic curato. de rapo eligito pilos validos et tortos, in quibus pispisam intelliges esse. diligenter caudam expurgato, usque dum non fricet. seta in cauda ut renascatur celerius, aquam mulsam facito | et ex ea aqua saepissime lavato locum et adipe ursino rapum confricato. celerius renascitur. 792 149ra

pili albi iumento si nati erunt quoquo loco. in spina alba nascuntur tubercula, quasi spongiolae. has conteres bene, ex rosa subiges, deinde pilos albos radicitus educito, tunc eo medicinae locum cottidie bene confricato, donec pili renascuntur. 793

ad inficiendum rufum colorem. ad inficiendum rufum colorem spuma argenti, feclam, crocum, calamos avenae, vinum vetus. sic autem facies. spumam in vino calefacies et admiscebis feclam et crocum, bene in uno temperabis et perungito in sole iumentum. tertio quoque die perungito et dato opera, ne volutet et ne manu id adfricetur. 794

---

3 [in]de *B* | minimi vernaculis ‖ 4 radices ‖ 9 adfacito ‖ 11 alapa = alopecia 12 socco: *cf. supra p. 239,25 et Pelag. 437* cortex vetustae taurinae *cum annot. Ihmii*; sauco *vel* sabuco *B* | receti ‖ 13 aximinem de cervicem ‖ 15 *supra 717* ‖ 16 rapa ‖ 25 medicinae = medicamento ‖ 26 renascutur ‖ 28 hebene ‖ 32 manum

795 iumento ut maculam albam facias. iumento ut albam maculam facias quoquo loco, fabam sine sale coques et ferventem inpones, ut pilus cadat. eum locum lipara curabis. hoc facies et si volueris calidum facere.

796 Colliria ad omnia vitia oculorum haec erunt. ocularium Vibianum ordinarium ad omne genus vitii oculorum praeter ad claucoma. croci Siculi ℘ ʒ, murrae trigonitae ℘ · ℈, apobalsami Iudaicae ℘ · ʒ, salis ammoniaci ℘ · ℈, lepida Campana ℘. ⅂, cadmeae Cyprea ℘. ⅂, ossum sepiae ℘. ⅂, alcionii pondo ⅁, mellis Attici ℘. libra, piperis albi pondo ⅁, piperis nigri pondo ⅁, piperis longi pondo ⅁, vini Marsici quod sufficit. haec omnia trita bene et cribellata cum fuerit, repetes ex vino Marsico, teres, donec bene sint trita, postea mel adicies et sic miscebis et uteris.

797 oculorum quotiens tunicae vehementer vexatae sunt. thuris masculi quod volueris, ex eo polline facies et folia fabae quam plurimum viridis et bulbum aequis partibus. conteris autem sibi quisque et misces. ex eo inunge bis in die, donec coeant ea quae rupta sunt.

item *in* huiusmodi valitudinem fumentationem fenugraeci sextarium unum, rutae m · I ex aqua cisternina. decoques sic et inde suffundes.

798 ad percussum oculum, quod claucomam induxerit. mirrae agrestis ℘. ʒ, salis ammoniaci ℘. ⅁, croci pondo ⅂, apobalsami ℘. ʒ . . . quod satis est. haec omnia diligenter in mortario teres, donec leve fiant. ex eo inunges.

149r b claucoma | si se profuderit. sanguinem ei emittas a temporibus et aqua frigida fovebis et postea inungito de eodem collirio, quod infra [s.] s. est. nitrium et spumam conterito et caldes oleum et permiscis et ex eo inunges, maxime si recens vitium fuerit. frequenter uteris ad recentem album et percussum opii pondo ⅁, thuris masculi pondo ⅁, apobalsami pondo ⅁, mellis Attici ℘. ℥.

---

3 ferventim ‖ 4 cubis calidum = λευκομέτωπον *B* ‖ 5 collirium ‖ 7 clauconia ‖ 8 *sq.* armoniaci ‖ 10 alcromi ‖ 19 inungebis ‖ 21 in *addidi* ‖ 25 armoniaci ‖ 27 lene ‖ 29 timporibus | posta ‖ 33 recenter

ad recentem album. croci ℈. —, pompolicis ℈. —, plumbi **799**
combusti ℈. —, mellis Attici quod satis est, opii ℈. —.
alio modo: mirrae ℈. ℈ et cerae una, praeterea adipe anserinum, quem excoques cum melle Attico. deinde una consubigito et ex eo inungeto bis in die. ex eo sanum fiet.
ad oculum album ex plaga aut si se ipse fricaverit. **800**
spumam nitri, mel, crocum optimum, ex eo inunges. eidem rei alio modo: ossum sepiae contundes minutum et murram et ex eo inunges. eidem rei alio modo. collirium: feniculum arficito et comburito et in oculum inflato per fistulam. eidem rei alio modo: salis Indici fossilis, eius suco mel addito, inungeto. si croco addito, melior erit.
omnium medicamentorum optimum collirium ad epi- **801**
fora et percussum. murrae ℈. —, croci ℈. ʒ, spicae nardi ℈. ʒ, cinnami ℈. ℈, aloen ℈. ℈, lici per ʒ, mellis Attici ℈. libra, apobalsami pondo ℈.
vulnus in oculo si factum fuerit. murram, crocum, *scoc*niantes conteres et addes mellis Attici quod satis est pro ratione medicamentorum, atque ita inungito.
ad cicatricem. murrae ℈. ʒ, croci ℈. ʒ, cinnami 3 III, opii 3 I, mellis Attici quod satis est.
collirium ad epifora. thuris masculi ℈. ⅂, murrae **802**
pondo ℥, acaciae pondo ℈.
ad veteres albores oculorum. licii ℈. ⅁, piperis longi ciatis III et piperis albi ciatis III, mellis Attici quod satis est.
ad epifora oculorum. croci 3 I, murrae 3 I, cocodrilli stercus 3 I, salis ammoniaci 3 I, ossum sepiae 3 I, mellis Attici ciatos III.
si equus tumorem in oculo habuerit aut laesum fuerit. **803**
sanguinem ei detrahis desub oculo aut de *t*emporibus. facies ei unctionem super oculum hanc: thuris ℈. ⅂, magma croci ℈. ⅂, olei rosacei pondo ⅂ .. quod satis est, ova

---

7 nitrum ‖ 9 *sq.* coliculum feniculi *B* (*coll. p. 249, 29*) ‖ 15 lici = *λυκίον* ‖ 17 *cf. Pelag. 441* ‖ 18 estoniantes: = *σχοίνου ἄνθος* ‖ 27 *Veg. III 22, 4; Pelag. 416* ‖ 28 armoniaci ‖ 31 timporibus ‖ 33 ⟨mellis Attici⟩?

149ᵛa numero II. haec omnia in uno commiscito | et in lana perducis et super oculum inducis.

804 claucoma si erit, sanguinem detrahes a temporibus et aqua calda foveto et postea inungito oculum. thuris lecti quod satis est, cum nitri spuma conterito, addito olei veteris. quam primum maxime uteris.

in oculo albor si erit ex qualibet causa, sic curato. medullam de cruribus eximito verbicinis et inungeto. frigida foveto. sed si album super . . . aliquid fuerit, medicamento crocino utere. ita sanum fiet.

805 ad oculos albos et ad claucomam *x*erobtalmicon. hirundinis capita comburito, flos mirrae quam optimae, nardi Syriaci, uniuscuiusque pondus obolos [ex] ternos in uno teres.

ad oculum album *x*erobtalmias sive ad aspretudinem oculorum. nitrio cocti veteris florem quod terito et in eundem *a*quam mittis et leve uteris.

806 oculare *ad* epifora et percussum. murrae pondo ⌐, croci pondo ϛ, spicae nardi pondo ϛ, apobalsami pondo ϛ, licii pondo ϛ, mellis Attici pondo libra.

claucoma si habuerit in media pupilla, quomodo *v*itrium. qui cum suffuderit, quomodo *c*laucum facito. cum de stabulo prodisse incipit, sublatum caput faciet, palpebrae eius . . . velocius ambul*at* et pedes ad usum iactat. hoc difficilit*er* sanatur.

807 sed si percussum fuerit aut album in oculo habuerit, sumito sepiae marinae ossum et radito ciatos III, murra*e* [et] trigonita ciatos II, piperis albi ciatos III. haec omnia in uno conteres, donec leve fiat, et admisces mellis Attici pondus competens.

aut si habuerit cicatricem in oculo, sumito medulla cervina vel verbe*cina* de cruribus ad quatuor et cocodrilli stercus

---

5 nitri *vel* inter *cod.* ‖ 9 *i. e.* si albugo super aliud vitium inciderit *B* (*coll. l. 25*) ‖ 11 sero obtalmicon: = *ξηροφθαλμικόν* ‖ 14 sero obtalmias ‖ 15 quod terito: conterito *aut* quadr. terito *B* ‖ 16 quam ‖ 17 ad *addidi* ‖ 21 nitrium: *cf. supra p. 175,12* |caucum | facit? ‖ 22 caput iaciet *B* ‖ 23 ambulant | a susum iactat *B* 24 difficilitur ‖ 25 *supra 536* 26 murra ‖ 30 *in marg.* de cicatrice | *cf. Pelag. 418* | aut: at *B* ‖ 31 verbenacia: *corr. B*

pondo ℥, sepiae marinae ossa pondo semis et mellis Attici ciatos III. conteres, donec leve fiat. ex eo bis die inungues.

si equo in oculo albor natus fuerit tanquam grando, et hoc facile † inter pectus fecit morbus, sic curabis. salis ammoniaci et nitri cocti floris utrisque aequas partes conterito et ita inungito cottidie. aut cepam conteris totum melle et inungito. aut lasar Cyreneicum mellis commisceto et inungito. aut columbinum stercus combustum | et nitrium combustum inungeto. unum quod 809 149ᵛb de his combustionibus quadriduo inungeto, et sic inunxeris extraneam grandinem et claucomam, quae in oculo est, et si tibi videbitur eum locum amplius purgare, alio medicamento inungeto, sed huius generis quod conveniet. sic explebis aut eo medicamento adipe bublinos aut gallinacios et vini pusillum admixtum. hoc medicamentum omnibus utilem est. 808

ad claucomam, quae in oculis erit. statim cum recens fuerit, curabitur, sed si veteruerit, nolito curare, nam valde molesta res est. recentem curabis sic. feclam primo cum oleo veteri, mel, nitri flos in uno conterito et aridum inflato. aut thuris aut salis ammoniaci in linteolo addito in carbonibus, minuta conterito et inflato in oculum. inde saepius ocularium: murrae pondo I, croci pondo ʒ, salis Spani pondo ℥ I. 810

ad claucomam collirium. ammoniacum purum, eundem in mortario conteres, tertio die *aut* quarta addito aqua, si potes de flumine [et], sin autem, de fonte, et tere cottidie, bis in die. deinde octavo die addes mellis p. ç. hoc tibi praestatim omnes res oculares sanat. 811

collirium oculare. feniculi coliculos conteres et sucum expremes, mel addes, cum deferbuerit, diebus numero VIII. deinde sumes speculum et permisces. quia acrum est et quia titillabit, cum eo commiscebis bene spissum et tunc in pixide adicies et ex eo inunges.

---

2 lene ‖ 4 internecium? internecivus? intrinsecus (*coll. l. 11* extraneam) *B* ‖ 5 armoniaci | utrisque = utriusque ‖ 8 columbini | 9 intingeto ‖ 10 inuxeris: inusseris *B* ‖ 11 extameam | 13 aut: ut *B* ‖ 15 admisceas *B* ‖ 18 molestia ‖ 25 aut *addidi*; aequa parte *B* ‖ 31 qui ‖ 32 titillavit | spissis

812 De potionibus quae dantur per os aut per nares.

in primo haec sunt quae conficiuntur catartica. haec erit potio prior, qui articularium morbum excludit. catulam lactantem occides et interiora eius proicies, lavabis eum, et adicies in ollam aquam et eundem coques, usque donec ossa remaneant, et commiscebis pusillum mellis et condis eum quomodo pulmentarium. ex eo suco potionabis quodquod morbo articularium habuerit per tri-
813 duum. † hic idem facies colefium porcinum decoctum, similiter eodem modo dabis. eidem rei facit et hoc: gallum gallinacium eodem modo coctum et conditum per triduo dabis. *ad* hunc morbum et haec potio praeparanda erit: titimallo *r*a*dic*em decoques ex aqua et mel commixtum, ex eodem potio-
150r a 814 nem dabis. | similiter cucumeris silvestris radicem cum nitrio, quemadmodum s. s. est, dare debebis. ad hunc morbum similiter faci*t* et hoc: cucurbitae Aegiptiae semen frictum et herba quae appellatur etherion. sit autem mensura quae in omnibus cotulam vini. quod cottidie per os suffundes usque per dies octo, item et haec omnia. [nihil aliud melius est ad id vitium quam cucumeris silvatici
815 radicem contritum.] similiter et haec potio valde facit ad articularium: haedinum capitulum cum suis pedibus decoques, donec ossa remaneant, condis sicut s. s. est, et ei potionem dabis per dies numero VII. fugiet morbus articularius. articulos eius pice liquida perunges. sanum fiet.

816 compositio pastilli ad omne iumentum coactum.

ysopi ℔. ℈, abrotani pondo ℈, samsuci ℔. ℈, spicae nardi ʒ II, spicae Indicae ʒ II, costi pondo ℈, petrosillini ʒ II, calami Syriatici ℔. ℈, croci ʒ I, inulae pondo ℥, irin Illiricae pondo ℥, cassiae dafniten pondo ℈, panacis radicem ℔. ℈, murrae pondo ʒ ß, vetonicae ℔. ℈, artemisiae ℔. ℈, Sa*b*inae ℔. ℈, magma croci pondo ℈,
817 gentianae pondo ℈, pulveris quadrigari pondo ℈, silocinnami pondo ℈, amo*mi* ℔. ℈, foli*a* nardi ℔. ℈, [spica

3 *sq. cf. supra 199 sq.* ‖ 5 addicies ‖ 12 ad *supplevi* | gracilem | 16 facis hoc et ‖ 18 quae: aequa *B* ‖ 19 *sq. cf. l. 14* ‖ 29 innule ‖ 32 sauine ‖ 33 *sq.* silo cinnami: = *ξυλοκινναμώμου* ‖ 34 ammonii | folio

nardi pondo ÷, murra trigoniten pondo ÷, croci pondo ÷, cassiae dafniten pondo ÷,] cassiae *si*ringae pondo ÷, †mallis pondo ⊢, pumponice ℔. ⊢, acori Pontici pondo ⊢, [magmae croci pondo ⊢, irin Illirici pondo ⊢, gentianae ⊢ I, calami Siriatici pondo ⊢] piperis albi pondo ⊢, piperis nigri pondo ⊢, piperis longi ℔. ⊢, thuris masculi ℔. ⊢, rutae silvaticae ℔. ⊢, centaureae ℔. ⊢, vetonicae pondo ⊢.

pastillum potionatorium ad morbida iumenta. apopo- 818
nacis, agapeminis, croci, rutae viride, vinum vetus et oleum. tepefacito, *dato* per os farciminosis et suspiriosis, cum sanguinem mixerit.

potio ad ventris dolorem. nepida montana, apium, rosmarinum, rutam, cummum, origanum, pulegium, sil Gallicum. haec in vaso novo decoque ex aqua ad tertias, ex hoc potionato.

potio ad concalfactionem. dauci semen, gentianae, 819
piper nigrum, piper album, cen|taurea, costum, sil Galli- 150r b
cum. haec omnia conteres et dabis ex vino optimo.

potio ad iocineris dolorem et vexationem. semen lini, scorpiacem, gummi, fenugraecum, urticae semen, apii semen, feniculi semen, sandonicum, drag*an*tum, inula, sisimbrium, † concirimbata, costu, pastillos rosacios, irin Illirica, abrotanum.

pastillum ordinarium. cinnamum pondo ℈, murra 820
pondo ℥, cassia nigra pondo ʒ, amo*m*um pondo ℥, spica nardi pondo ʒ, petrosillinum pondo ℨ, piper nigrum pondo ℨ, meu pondo ⊢, costu pondo ℨ, magma croci pondo ℨ, calamu Suriaticum pondo ℨ, thus masculum pondo ℨ, opobalsamum et magma croci . . , amo*m*i pondo ℨ, cassiae Illiricae pondo ⊢, croci ℔. ʒ, cassiae rufae pondo ʒ, sco*e*niantes pondo ℨ, piper album pondo ⊢, panacis radicem pondo ʒ, piper longum ℔. ℨ, asari

---

2 terringe ‖ 3 mellis? malvae? | pumponice = *πομφόλυξ*? | 11 dato *supplevi* ‖ 13 nepida = nepeta ‖ 14 cummum = cummi? | 22 dragragtum | innula | cucurbitam *B* | 24 *cf. Pelag. 390; infra 842* ‖ 25 ammonium ‖ 28 calamus uriaticum ‖ 29 amonii ‖ 31 stoniantes

Pontici pondo ℈, nardi folium pondo ℸ, si*lo*cinnamu p. ℸ, acorum Ponticum pondo ℸ.

821 potio ad vesicae dolorem sive praefocationem. piper album pondo ℸ, murra traconita .., feniculi semen pondo ℈, mellis pondo semis, olei cedrini pondo ʒ, butiri pondo ʒ, rutae folias pondo ℸ, conteres sic quisque res et commisces et dabis.

potio ad eos qui sanguinem eiciunt. gentianae radicem pondo ℸ, apii semen ciatum unum, lexivae ciatos VI, vinum Italicum ciatos III, olei viridis ciatos tres, conteres sibi quisque et commisces et ex eo potionem dabis.

822 potionem ad eos, qui sanguinem meient. scorpiacem et semen †fraxi et lexivis ieiuno. idem facit spuma argenti. bene *ae*ris aut ferri aut plumbi cla*vis* configes et inde eas teres et sic addes. omnia dabis. et contineto ad mortaria marmore*a* pistello plumbeo. ex aceto acro puscam facies et sic iumentum ieiunum perunges per dies VII.

823 potio ad deiectionem alligandam. semen iunci contundes et lavabis, ut sinapis lavatur, postea adicies aquam et colabis per linteum mundum et hoc ieiunum potionabis.

potio ad deiectionem alligandam. gallas nigras numero XII, piperis ʒ III, cumini ciatos II, corticem malae .. haec omnia pariter teres et criblabis ex aceto, conteres
150ᵛ a bene omnia in *o*xigar*o* isto, dabis in potione iumento | ex vino vel ex posca. [potio]

824 potio ad eos qui sanguinem meient. urticae semen, apii semen ex vino dabis per triduo. sanum fiet.

potio ad eos qui s. s. amulum, urticae semen, panis emptici medianum, ervi pollinem, asparagi radicem conteris, deinde commisces cum vino albo dulci tepefacto, dato ei in nare sinistriore. postea sucum . . . alipem aprinum decoquito et deambulationes aut*em* celerius facito, ne algeat.

---

1 siccinamu ‖ 3 praeforationem ‖ 6 quis queres: sibi quisque *B, cf. l. 11* ‖ 13 saxifragae *M* ‖ 14 benetris *sic*: *corr. B* | clabi ‖ 15 *sq.* ieiuno *(ex l. 13)* omnia dabis. set conterito [ad] mortario marmoreo pistello plumbeo *B* ‖ 16 marmor et ‖ 19 addicies ‖ 22 malae = mali ‖ 24 exigaristo: *de ὀξυγαριστόν voce nova cogitat B* ‖ 29 ad sparagi ‖ 31 alipem = adipem ‖ 32 aut

pastillorum compositio prim*a* et optim*a*. crocum, 825
apii semen, piper longum, † parpatem, cinnamum, murra traconitem, thus masculum, gentianam, trixaginem, tussilaginem, mel Atticum. haec omnia aequis ponderibus trito quam optime in mortario marmoreo, tunc inde pastillos facito. h*i* pastilli et hominibus utiles sunt, pro piperato ieiunus in vino tepido bibat.

potio ad febricitantes. gallas ℔. ℈, ros Suriaci ℔. ℈, 826
coriandri semen frictum ℔. ℈. haec omnia contundes et cribellabis, ex eo potionem dabis.

potio ad coleriacum. gallas sutoricias pondo ℥, ros Siriacum ℔. ℥, sil Gallicum ciatos III, corium malae ℔. ℨ, murra tragoniten ℔. ℥, crocum Siculum ℔. ℥, piper albi ʒ II. haec omnia conteres et ex vino optimo potionem dabis per dies aliquod.

pulver quadrigarium. cinnamum ℔. II, folium nardi 827
℔. II, crocum Siculum pondo II, piper albi ℔. I, piperis nigri ℔. I, costi ℔. II, panacis radicem ℔. II, acorum Ponticum ℔. II, f*u* Ponticum ℔. ℈, cassiae dafniten ℔. ℈, cassia † ematisca ℔. II, cassia nigra ℔. II, thus masculum ℔. I, irin Illirica ℔. II, calami Siriatici ℔. II, asarum Ponticum ℔. II, carpobalsamum ℔. II, anesi ℔. ℈, trixaginem ℔. I, rosam aridam ℔. II, magma croci ℔. libra.

ad deiectionem. cariotam et gallam contusam in vino offam 828
facito et dato. sin autem non patietur iumentum, potionem facito ex vino veteri et da, ut bibat bene temperatum.

a*r*teriacen sic compones. murra ℔. II, croci ℔. II, cassia dafniten ℔. II, cinnami ℔. II, spica nardi ℔. II, f*u* Pon|ticum ℔. II, resinae Colofoniae ℔. II, aristologiae ℔. II, 150ᵛb
piperis albi ℔. II, baccae lauri ℔. II, acorum ℔. II.

ad tussem iumentorum. cinnami ℔. I, murra ℔. ℥, 829
*i*osciamu ℔. ℥, crocum pondo ℈, opium ℔. ℈, sulfur ℔. ℈, costum ℔. ℈.

---

1 prime | optime ‖ 2 papaver *B* ‖ 6 his | utile ‖ 12 Gallilicum ‖ 19 funi: *corr. B* ‖ 20 haematista *vel* haematica (= ἐμπόρφυρος) *B* ‖ 27 alteriacen ‖ 28 funi ‖ 32 eosciamu

830 ad tussem omnibus. *i*osciamum ℔. —, cardamo*m*um ℔. —, opium ℔. —, crocum ℔. —, murra trigoniten ℔. ℈, piperis albi ℔. ℈, sulfur vivum ℔. ℈, aristologiam ℔. ℥, asari Pontici ℔. ℥, le*n*tisci ℔. 3, careu ℔. ℨ, mandragorae ℔. ℥.

compositio ad tussem. scoeni ʒ III, appopanacae ʒ III, murrae ʒ III, spicae nardi ʒ III, opium ʒ III, folium nardi ʒ III, costi ciatos VI, mellis Attici libra.

831 ad tussem iumentorum. petrosillium ℔. II, dauci ℔. II, scoen*i* ℔. ℥, murrae ℔. ℥, spicae nardi ℔. II, croci ℔. I, thus masculum ℔. libram, costi ℔. I, piperis albi ℔. I, panacis ℔. ℥, sil Gallicum ℔. I, folium nardi ℔. I, malum terrae ℔. libram, meum ℔. II, rutae silvaticae ℔. ℥, absinthii ℔. I, rosae aridae ℔. ℥.

pulver Terentiani. malum terrae ℔. ℥, murra ℔. II, hiperi*c*a ℔. I, sacchipe*n*i ℔. II, apoponacis ℔. II, thus masculi ℔. II, centaureae ℔. II, bacca lauri ℔. I, magma croci ℔. I, trixaginem ℔. II, piper nigrum ℔. ⊢.

832 ad tussem praesentem. opium ℔. ⊢, *i*osciami ℔. ⊢, croci ℔. ℈, storacis vermiculum ℔. ⊢, galbani ℔. ⊢, resina terbentina ℔. ⊢.

pastillos ad sanguinem, qui faciunt et ad tussem veterem, ad ruptos intrinsec*us*. mandragorae ʒ III, thus masculi ʒ VI, murrae ʒ IIII, croci ʒ V, *i*osciamum ʒ IIII, vinum Ammineum sextarios II.

833 ad tussem perniciosam. bestiae veterinae corium contusum bene ex passo Cretico. hanc potionem dabis per triduo. *et* lini semen et fenugraecum ex axungia mixtum, bene contusum dirige, et tussem lenib*is*. arteriacen: murra trigoniten ℔. II, croci Siculi ℔. II, cinnamum ℔. II, cassia dafniten ℔. II, spica nardi ℔. II, f*u* Ponticum ℔. II, resina gutta ℔. II, piperis albi ℔. II, bacca lauri ℔. II, argallicum ℔ II, pulver Terentianum ℔. I, thus masculum ℔. I,

---

1 osciamum | cardamonium ‖ 4 leuıstici *sic* ‖ 10 scoen ‖ 16 hiperia: *corr. B* | sacchipemi: = sagapeni ‖ 19 osciami ‖ 23 intrinsecos ‖ 24 eosciamum ‖ 28 ei ‖ 29 dirige ⟨per cornu⟩ *aut* ⟨in fauces⟩ *B* | lenibus: *corr. B* ‖ 31 funi

malum terrae ℔. I, gentianae ℔. I, rutae silvaticae ℔. I, trixaginem ℔. I, | bacca lauri ℔. I, opoponace ℔. I. 151ra

pastillos ex herbis, ubi frumentum pubescit et † quam maturescit. colligito stercus suillum et caprinum et ovillum et bubalum sub divo, arficito in sole ℔ semis libra, farina siliginea quod sufficit et cum melle subigito. ex hac potionem dabis ad omnem morbum et coactionem. 834

pastillum ad venenum, qui morsi sunt. intibum rusticum, gentiana, aristologia, peucedanum, personiam, gingib*er*, hoc ex melle et murra bene contrito. venenum omne deiciet.

ad tussim veterem et si sanguinem excreat. lardum vetus ne minus . . . vinum decoques et in aqua putiali. insuper lardum pinguem videto ne pulpam aut cutem ibi relinquas. quamvis veterinam tussim aut sanguinem reiciet, sanum reddet. in qua commiscebis argallicum. offam facito ex *i*sto et quasi sali*v*atum diriges. 835

potio ad eos, qui intrinsecus vexati sunt aut vulsi sunt. sic compones. sextarium unum lactis caprini ʃ I, tragantum infundes pridie ex aqua. inde ei singlos dabis lactis ʃ I. lini semen ℔. I coicias in vaso novo fictili, addes ei aqua putiale, decoques et in eius . . . defundes in altero vase, ne deglutinet vitium eius. uteris in diebus singulis cum passo et lacte et traganto. hoc ad effectum perducet. 836

potio ad febrem iumentorum. ysopum ʒ IIII, irin Illirica ℔. ℥, murra ℔. ℥, panacis radicem ℔. ʒ, spica nardi ℔. ℥, ficum ℔. ʒ, apium et rutam coicies in ollam novam et coques in tertiam partem per triduo. recentem possis potionem dare. aquam coicies ternas eminas in die et coques ad *tertia*m partem. hac re si parum proficerit, de cervice sanguinem detrahito et perungito quod satis sit. intermitte triduum ad potionem. si haec res non profecerit, sumito abrotanum, in singulos dies facies singulos decoques sextarios aquae cum *tra*cant*um* 837

---

4 ovilum ‖ 7 ad—coactionem *in cod. initio insequentis medicamenti* ‖ 9 personaceam? | gingibis ‖ 10 reiciet? *cf. l. 15* ‖ 15 in aqua *B* ‖ 16 usto: *corr. B* | salibatum ‖ 19 inde ei: in dies *B* | 29 tertiam *scripsi*: dextram ‖ 33 tracantum *scripsi*: affricantem

et rutam, apium et mentam, cariotam de palma. haec res ad effectum perducit.

838 iumentum cum *tepidum* ad potum venit et expavescit, scito illum habere . . . sudabundus bibit. sed si voles ei succurrere, fici ℥ II, rutam et folia de oliva decoque et triduo potionem dato et *mi*stum toto corpore perungito.

iumentum tibi si † inter manus fuerit et morsicis hominem sequitur, eum iumentum in | tenebris concludito, ubi 151ʳb silentium sit, et de cervice eius sanguinem emittito et a cibariis abstineto, usque donec obdormiat, et ad effectum

839 perduces. *ar*teriacen: cardamo*m*um ℈ ⊆, crocu Siculum ℈ II, murra triconitem ℈ II, piperis albi ℈ II, Lemnian [tragoniten] ℈ II, fuscinum ℈ II, sulfur vivum ℈ II, amo*m*um ℈ II, reuponticum ℈ II, oleum Spanum ℈ II, mel Atticum ℈ III. has res singulas contundes in pila et cernes et coicies in vaso plumbeo permixta *in* unum et sumes, *c*um iumentum aestivo tempore, quem videris tussien-

840 tem et non potest sustinere. sumes ℥ singulas singulos dies, cum vini sextario uno miscebis et dabis iumento ieiuno per triduum. parebit effectus. sumito ex axungia pondus semisse et ℥ binas, ex eo medicamento sumes, commisces, in os sine eum medicamentum lambiat.

potio ad intestinorum dolorem. murra pondo ℥, piper album ℈ ⊢, sil Gallicum ℈ ⊆, magma amomi ℈ ⊆. haec omnia, quae s. s., singula conterito, et rut*a*m viridem post*e*a contundes et in unum permisceto, dato bibat tepidum.

841 pulver ad tussim iumentorum. luganium ℈ II, spica nardi ℈ II, murra triconiten ℈ II, crocum Siculum ℈ II, sc*o*enum ℈ II, cinnamum ℈ II, piper ℈ II, ubam amomi ℈ II, panacis ℈ ⊆, acori Pontici ℈ ⊆, mellis ℈ I, thuris Pontici ℈ I, apii semen ℈ I, cassiae Indicae ℈ II, thus masculum ℈ II, irin Illirica ℈ libra, palmas Suriacas ℈ I, agari Pontici ℈ II, rosae aridae ℈

3 tepidum *scripsi*: tibi, *cf. supra 444* ‖ 6 mestum ‖ 7 insanius (*cf. p. 84, 15*)? | morsibus? ‖ 11 alteriacen | cardamonium ‖ 13 fuscinum *vix salvum* ‖ 14 amonium ‖ 16 permixtam ‖ 17 eum ‖ 22 commisces: cum escis *B* ‖ 25 rutem | posta ‖ 29 scenum ‖ 30 ubam = uvam

libra, anesi (qui petroselinum) pondo libra, magma croci ℔. IIII, Lemniam ℔. II, [murra triconiten ℔. II, crocu Siculu ℔. II, cinnamu ℔. II] cassia dafniten ℔. II, spicae nardi ℔. II, †porro Pontici ℔. II ⏑, aristologia ℔. II, piper album ℔. I, resinae ℔. I, bacca lauri ℔. II, acori ℔. II.

842 pulver quadrigarium. cinnamum ℔. I, folium nardi pondo II, uvam amomi pondo II, spica Indica pondo II, murra triconiten ℔. II, croci Siculi ℔. II, scoeni ℔. II, piper album ℔. II, piper nigrum pondo II, piper longum ℔. II, costu ℔. II, panacis radicem ℔. II, acori Pontici ℔. II, Melia thermantica ℔. II, gutta Pontici ℔. II, cassiae dafniten | ℔. II, 151ᵛa cassiae rufae ℔. II, cassiae nigrae ℔. II, thuris masculi ℔. I, irin Illirica ℔. II, calami Syriatici ℔. II, asarum 843 Ponticum ℔. II, rosa ℔. II, carpobalsami ℔. II, anisi ℔. I, croci Indici ℔. II, Lemniam ℔. II, magma croci ℔ libra, trixaginem Creticam ℔. I, rutae silvaticae ℔. I, malum terrae ℔. II, silocinnami ℔. II, petrosilinum radicem ℔. II. datur autem haec potio ita ut in equos XV adiciuntur pulveris ℈ tres in mulsu ℈ VIII aqua calida sextarium unum.

844 Compositiones unctionum omnium.

unctio ad capitis dolorem. castoreum pondo ℥, vini veteris sextarium I, nitrium pondo ℥, ruta pondo ⊢, thuris polline pondo uno, oleum vetus pondo uno, nuces amaras. has res conteres [et] ex vino et oleo et ex eo perunges caput.

845 unctione synchrisma. cera rufa pondo II, ammoniaci pondo II, propolin pondo II, apopanacis pondo II, resine terbentina pondo II, medulla cervina pondo II, opium Gallicum pondo III, adipis anserini pondo II, adipis leonini pondo II, piperis albi pondo libra, thus masculum pondo libra, baccas lauri sextarium unum, olei veteris sextarium unum, olei murtin*i* sextarium unum, olei primi sextarium unum, olei storacini ℈ I, olei melini ℈ I.

846 unctio ad articularium. pices Britiae pondo II, †vesci-

---

4 acori? porri? ‖ 6 *Pelag. 390; cf. Veg. VI 13, 3 et supra 820* ‖ 26 unctio vel? ‖ 32 murtine ‖ 33 mellini ‖ 34 bricie: = Bruttiae | *sq.* vervecinum? viscum *B*

cum pondo unum, sepo tauri pondo unum, flos similaginis sextarium unum. haec omnia commisces et articularium ex eo perunges.

unctio ad armos inflatos equo et ad renes. sulfur vivum pondo libra, fecla pondo libra, thuris pondo I, adarcen pondo II, vini veteris ~~ss~~ II, olei laurini pondo libra, olei Ciprini pondo I. ex sanguine iumenti quod satis est omnia tusa et cribellata commisces. ex eo uteris.

847 unctio ad suffragines. aeruginis pondo libra, alumen pondo V, herba sideritis pondo I, acetum acrum pro modum.

